CONSILIORVM
SEV RESPONSORVM
IVRISCONS.
IO. FRANCISCI
SCHENARDI

E LOCO SONDRII VALLISTELLINAE,
In ſupremaq; eiuſdem Curia aliàs Aduocati, & deinde
e lis I ıtenentis.

l MVS.

tus ndiosè leguntur.

IMA IIS, AC INDICE
.s ſelectarum locupletiſſimo.



COMI.
Apud HIeronymum Frouam. M.DC.XIII.

Illustrissimæ, & Potentissimæ

TRIVM FOEDERVM

Rhætiæ superioris Vnitati,

PRINCIPI MEO S.

SVMMAE alicuius dignitatis auspicijs opus tale commendandum nos in omnis scientię facultate antiquitatis docuit exem lum; vt honorem, quem susurronum libertas minuit, dignitatis, cui dicatione opus adhæret, illæsum veneratio relinquat. Sunt enim, qui aliena mala facillimè carpunt, sed bona difficillimè imitantur, vt [illegible] m apud indoctos videantur oblatrando excedere, cuius virtutem n[illegible]queunt laudando imitari. Et eorum detestabilius est crimen, qui iusti, & iniusti scientiam in publicis officiis, publicisque functionibus non abentes, quod bonum est, atque honestum, malum esse mentiuntur, vt [illegible] naturæ lo[illegible]tis suppeditet alimentum, eis coruorum pullis cō[illegible]dæ, qui sola in os apertum aura spirante viuunt, oderuntque scele[illegible]tionem, vel eorum amore, vel dominicæ vtilitatis odio; vt qui [illegible]itiæ, vel recti regiminis necessitate discrepant, patriæ prodito[illegible] alli verò optimè meriti, quorum fraude, dolo, vel barata[illegible]dendo publica iura circumducuntur, adeo vt, gubernandi qui[illegible]e funguntur, necessitati subijciantur vel Deo, & Principi conniuen[illegible]splicere, vel virgam cum decore tuendo huiusmodi corrusiones pa[illegible]sustinere. Infelix est ibi Politica virtus, vbi effrenata est cum ma[illegible]ratu altercandi, & obloquendi libertas; cui, & aliis Reipublicæ necessitatibus diceres optimè consultum, si ex tribus excelsis Fœderibus vnus alternis vicibus eligeretur, penes quem in nos esset illa summa potestas, qua sola nunc in Democratica Politia multitudo potitur. Hæc ergo vna dicationis ratio fuit: altera, quod nulli extero, nisi tibi Principi meo quicquam debeo, cui munus aliquod debitè offeram. Tuis enim, causæ secundæ clementiæ, probitatis, iustitiæ, atq; prudentiæ radiis illustratus, pa-

tem, vitæ ſecuritatem, filios, diuitias, honorem dignitates, victis æmulantium inſidijs, quietè poſſideo, & cuius tu optime Princeps es, ſicut ego Chriſtum, fidelitatem iuſtè confeſſus, quibuſcunq; inſidias molientium propugnaculis ſolo æquatis, vt me meritò eius teſtē feceris, quod Proph. affirmat. Iunior fui, etenim ſenui, & nunquam vidi iuſtum derelictum, nec ſemen eius quærens panem. Eam tamen hic nequeo admirationem prēterire, quod iuſtum iudicium ille magis ægrè tulit, cuius ſtultitię abyſſus, & ſcelerum copia vellet virtutibus imperare. Tales vt Deus auertat, debemus ſemper precibus inſtare, quorum peſtilentiæ cathedra vitia virtutibus merita ſceleribus, & laureas ligonibus æquat: Tunc enim veritas mendatio, ratio fraude, æquitas nummo, & dignitas ſilet, infamia loquēte. Imò (proh dolor) documentis, corruptis, falſitatibus quæſitis, ſacriſq; ſanctionibus violatis, meliorum perſonarum maius eſt periculum. Alia hæc quoq; vt ad inſtitutum reuertar, dedicationis cauſa fuit, vt prēſentis epiſtolę occaſione qu̇ ſita, ruę dignitatis, ruæq; inuictæ libertatis, fortitudinis, & potentiæ ver tas palàm fiat, quocunq; liber iſte circumferatur. Reſpublica enim tua familiarum, & virorum illuſtrium ſplendore adeo coruſcat, vt ſi vnius ciuitatis eos ambitus contineret, Romanę antiquitatis faterer gloriam reſurrexiſſe, cui iſtorum, & litterarum ſtudium, & bellandi virtus, & gubernandi nil prudentia cedit; quibus n omnium legationum, regiminum, & conſultationum functionibus mir &dicdi facundiam, & incedendi maieſtatem, & deliberandi pruden ra inſeuit, quæ arte, & ſtudio corroborata nobis Cicerones, Scipiones, Pompeios, Cæſares, & Catones facit videri reſtitutos, & quorum lumine populus docilis, fortis, inuictus, optimæ voluntatis illuſtratur, tantùm iſtitiæ cupidus, pacti ſui cuſtos pacis deſiderio flagr vt prædict tutelam, vel reorum pœnam furor ſuus ſemper finem habeat. Hoc torum conditio probat, optimis adeo legibus inſtituta, vt nulli inuideat. Ea nationis probitas meruit, vt Deus & Naturę ſuar tam libertatem montium altitudine, ingreſſus difficulta incredibili fortitudine, ſubditorum fide, ſociorum auxili nullam ſuæ opprimendæ vnitatis ſpem mundo reliquerit. Meruit vt fœcundiſſimæ, & ornatiſſimæ in crepidine montium exiſtenti in ri Rhętię fęliciter imperaret, totius europę dorſum obtineat, qu pericula arbitratur. Meruit de hoſtibus ſemper triumphare, qui ſua voluerunt experiri. Francorum tandèm Regem, plurs Reſpublicas, & Principes ſocios habere, quorum defenſionem, nullius offenſionem fœdere ſubiuit, nullis deficere (ſal excipimus, quod ſibi pacto perpetuo parauit) quibus victus indigeat; imo pluribus exuberare, quibus vicini abunde vtantur. Rogo ergo vos populos, & optimates, vt tanti beneficij diuini memores, tantùmq; vobis propitiæ maieſtatis religioſi, eam pietatem

tem

tem, iustitiam, pacem, clementiam, & benignitatem inuiolabiliter custodiatis, in qua estis ab antiquioribus vestris instituti, eaq; sit vestrę potestatis, vestriq; consilij ratio, per quam magis cum Deo similitudo comparatur, cuius sola dilectio voluntatis est, nec pretio, nec scelestorum hominum suggestionibus mobile compendium, prospicientes, quòd nec humani generis hostis, nisi veri uel boni venenum poculo propinat. Rogo etiam, me, & filios commendatos habere, quos uestris obsequiis patris memoria dicabit. Valete.

Fidelissimus subditus, deditissimusq; seruus

Io. Franciscus Schenardus.

Ad eximium I.C.D.Io.Franciſcum Schenardum Huius Operis Auctorem.

Nicolai Parauicini bonarum Artium profeſſoris Eloquentiſſimum Carmen.

BELLINA o Vallis, vigili quam pace gubernat
Rhœtus,& obliquis Abdua currit aquis.
Quantum Creta Ioui, quantum iam Græcia Homero,
Debuit, & vati Delphica terra ſuo.
Tantum Schenardo debes: nam laudibus huius
Lætheo nomen ſubtrahis amne tuum.
Tu prius in tenebris nulli bene nota iacebas,
Ac ſi mortali nulla ſub orbe fores.
Nunc ſurgis clara, & quauis ſublimior Vrbe,
Inſubriæ exequas iam nobilitate locos.
Quare age virtutem meritis tu laudibus effer,
Atque ſuis laudes laudibus adde tuas.
Quòd quamquàm antiqua Schenardum ab origine nomen,
Sit miſſum, & claris fulxerit vſque viris.
Non tamen his leuibus titulis ſua fama recumbit,
Sed geſtis propria laude parare decus,
Scilicet hæc virtus,claros ante ire parentes,
Nec fumicatis plaudere imaginibus:
Hunc quiſquis puerum primis cognouit ab annis,
Virtutis ſtupuit præuia ſigna ſuæ.
Non hic deſidiam, ludoſue ſecutus inertes,
Nec ſordere quibus cæca iuuenta ſolet,
Nam quicquid ſpatij puero ſupereſſet, habebat
Siue Deus totos, ſiue Minerua dies:
Iam tunc canities animi, grauitaſq; futurum,
Spondebat talem, qui fuit ante virum,
Ipſe hominum Paſtor tenero eſt miratus in ore,
Dulce melos,doctos, obſtupuitq; ſales.
Obſtupuit Ticina quoq; Vrbs, dum paruulus inter
Obtinet egregios nomina prima viros:
Quartaq; nec fuerat Luſtris tribus addita meſſis,
Iuris cum gemini laurea ſerta tulit;
Ipſaque teſtantur commiſſa volumina prælo,
quam foret is tali primus in arte puer:
Sed tu muſa mihi tenues iam ſuffice vires
Eloquiis; & culto grandior ore refer:
Quæ geſſit, poſtquam ſtudiis excultus auitis
Venerat ad patrios auctus honore lares.
Quos ſubijt, vicitq; ſua virtute labores,
Quos iuuit propria, fouit, & arte viros:
Quotque ſit in patria celebres perfunctus honores,
Et quoties noſtri credita iura fori

Quas soluit lites, quos sustulit ille tumultus
Ingenij mira dexteritate valens,
Nemo dedit tristes, illo moderante, quærelas,
Nec cecidit quisquam, vindice, lite cliens
Delphica Phœbei tot sunt oracula vatis,
Et totidem Astreæ stant monumenta Deæ;
Quot responsa tulit consultus reddere, quotq;
Iudicia in dubiis protulit ore sedens.
Non hæc conquæstus, non hæc perpessa recusum,
Censuræq; minus nulla tulere notam:
Omnia librabat vigili nam singula lance,
Et placidè cunctis debita iura dabat;
Nostraq; squallebat penitus te Curia dempto
Orba, velut patriæ patre Quirina cohors.
Perdita quid memorem, patriæ quæ plurima iura
Reddidit? & propria quæ reparauit ope?
Non hic Pastoris famam, non hic caput illius & res
Seruauit mœsto iam peritura gregi?
Non hic Christicolæ fidei, velut arduus, Atlas,
Inuicto nutans robore fulsit onus?
Plurima prætereo, quæ iam memorare canenti
Non licet, & cunctis iam bene nota manent;
Sed quò non penetrant liuoris liuida tela?
Quò non inuidiæ vis truculenta ruit?
En sibi dum tantæ quærit præconia famæ,
Pronaque per certum gloria currit iter:
Virtutis male fida comes, mœrensq; secundis
Rebus, ab inferno prodijt inuidia.
Quæ terras armata faces, velut altera Erymnis,
Armauit plures in sua damna Duces.
Hic capiti insidias, Hic famæ crimina nectit,
Hic certat patriis expoliare bonis.
Hic studet (infandum) peregrinas trudere in oras
S[illegible]atam Domino culpat, & ille fidem.
[illegible] intactum, nihil hi patiuntur inausum;
Mergeret v[illegible]t tantum dira procella caput:
Vim tamen ha[illegible]nc repulit magnam, maioribus ausis,
Et vicit r[illegible]ahiem, crimine vita carens:
Non hic [illegible] infestos odiis vltricibus hostes
[illegible]egit, nec læso pęna petita fuit;
Quin etiam placidus placato respicit ore
Prosp[illegible] venit, dissimulansq; malum:
Quoq; magis miserum fortuna tenaciter vrget,
Hæret, hoc experto tutior ille Deo;
Scilicet hoc iusti signum (quis abneget?) illos
Infestos quos non fecit habere viros;
[illegible]osq; nec ipse Deus fugit, iustissimus vnus,
Dum nostro innocuus duxit in orbe moram:
Quos magis is subeat, dura quasi lege, necesse est,
[illegible]ncipis in terris qui vice sceptra gerit,

Passa

Passa, nec ipsa fuit Rhęctorum Trina potestas;
Insontem tantis succubuisse malis:
AEqua sed exactos rimata examine mores
Obstupuit tanti candida corda viri;
Falsaq; latrantis noscens mendacia turbæ,
Seruauit iusto tesq; decusque simul:
O Nos fœlices tali sub Principe gentes;
Cui Populi incumbit cura paterna sui:
Sub quo tuta salus iusti, & reuerentia recti est,
Quiq; malis metus est, ancora quiq; bonis;
Fœlices etiam dico vos iure labores
Diraq; vos merito fata beata voco.
Non secus ac Graium fraudes Cythereius Hæros;
Fęlices quondam dicere suetus erat,
Ex quibus huic demum surrexit gloria maior,
Indeque nobilior fama secuta fuit.
En tibi Schenardus tot sæua incommoda passus,
Quam nunc maiori pergat ad astra via:
En quanto vulgi plausu, & popularibus auris
Emicat, & quanto Cæsar honore fouet:
En tibi in augusto rerum splendore locatus
Quam bene nunc patriæ credita sceptra gerat;
Sedulus exercens animo, quæ mente gerenda
Sedulus efficiens, quæ peragenda manu.
Mirum, quàm variis vigilet mens vna vicissim
Litibus, & mirum, quam cito soluat eas.
Hunc ratio non ira mouet, non turbida sæuum
Bilis agit, pectus, quale Catonis, habet.
Non metuit pauper sæuum, illo Iudice, Ditem,
Nec vidua externam iam sibi quærit opem:
Cunctis æquè vnus, cunctis immotus, & obstat;
Hunc metuit fallax hostis, amicus amat;
Et iuris formido viget, seruatur honestum,
Sęuaque crudeli Iura sub ense cadunt.
Crimina si qua tamen sentis, nam plurima constat
Huic temerè affingi, tu caue uera putes.
Ipse sed auctores solers expende procacis
Obloquij, & nosces quàm tibi vera canam:
Hunc etenim indocti tantum, nec mentior, hostes
Oderunt, doctis turba inimica viris,
Inuida quæ claro laudum velut obruta sole;
Ranarum veluti perstrepit agmen aquis;
Hæc tamen irridet summi spes vnica cæli
Qua Duce, iam nihili quæque pericla putat;
Nec subdunt modicas forti sub pectore vires
Palmæ, quas victor ... ab hoste tulit,
Hunc autem cuncti docti, studiisque fauentes
Deuota tamquam relligione colunt:
Crimina dumque hostes nectunt, hi carmina mille
Et laudes dignas in sua facta canunt:

Quiqu-

Quique sodalitio se se coniungit amicus
Huic semel, æternus percupit esse comes.
Candor enim morum, & linguæ facundia cunctos
Non secus ac magnes decolor æra, trahit:
Quin etiam hunc hostes ficto venerantur honore,
Et cadit inuito sæpius ore laus:
Nec mirum; nam quas artes sapientia cęlo
Demisit, cunctas hic bene doctus habet.
Huic bene sunt gemini perspecta volumina iuris
Huic etiam fidei dogmata sacra patent.
Huic Sophiæ vis nota triplex; quæ dirigit Vrbes
Quæ mores hominum format, & inde domos,
Magnanimiq; Ducis quæ sint ad singulas partes,
Siue colat pacem, prælia, siue gerat;
Nouit & ardentes Solis, Lunæque recursus,
Naturæ & cæcas nouit inire vias.
Et quibus hic totus spatiis distinguitur orbis.
Qualiter, & pacta stent elementa fide:
Et tanta has partes, comitatur gratia fandi,
Cynnameum vt vincat, dum fluit ore melos:
Quid tibi maiores expectas Patria laudes,
Sunt meritis etiam dicta minora suis?
Quę te segnities seram tenet ergo? silensque
Dissimulas tantum non bene grata virum:
En etiam frontem præsentis respice libri
O Patria, en quantis laudibus ille micat.
Principis hic nostri præcelsa encomia cernes
Necnon sublatum, nomen in astra tuum.
Eia age rumpe moras, taciturnaque guttura solue,
Et strue centenas in sua facta fides.
Et iustas effunde preces, quo Nestoris annos,
Detur, & æternos viuere posse dies.
Nam fueris semper, Schenardo sospite, sospes;
Nec tibi deficiet, præside præsidium.
Tristia sed quoniam fatis vrgentibus omnes
Fata trahunt, cunctos, & rapit ipsa dies.
Præsens viuet opus periturum tempore nullo
Auctor in hoc viuet, viuet honosque tuus.
Sæpè etiam obstupui casus dum quosque futuros
Veridico caueret præscius ore mihi;
Vt meritò hunc credam diuino numine tangi,
Cuiq; afflans pura spiret in aure Deus;
Nec secus æterni cęlestia scripta tonantis
Nec secus illius credere sponsa docent:
Nam postquàm cęlo lapsum, mirabile verbum;
Mirando subiit fœdere carnis onus;
Ludicra cesserunt veterum responsa Deorum,
Et voces fallax præstit Apollo suas.
Cunctaque præteriti tetro cum principe sæcli
Numina sub stigios tunc cedidere lacus.

TRACTA-

TRACTATVS,

Qui in hoc volumine compendiosè traduntur.

CONSILIORVM SIVE RESPONSORVM IO. FRANCISCI SCHENARDI.

I. C. E. Et in ſuprema Vallıſtellinæ Curia Aduocati.

LIBER PRIMVS.

SVMMARIVM.

1 *SVbſtitutio, ſeu fideicommiſſum probatur non eſſe ex inſpectione teſtamenti, in quo illud non legitur.*

2 *Reo ſufficit opponere agenti ad fideicommiſſum, quod de eo vel in hoc caſu teſtamẽtum non loquitur.*

3 *Fideicommiſſum eſt onus contra quod ſit in dubijs interpretatio.*

4 *Omnia bona præſumũtur in dubio allodialia.*

5 *Copulatiuè vocati (niſi ſint Deſcendentes) concurrunt æqualiter, & eodem tempore omnes, non ordine ſucceſſiuo.*

6 *Ex pluribus coniunctim vocatis, portio non exiſtentis cæteris accreſcit.*

7 *Subſtitutio ceſſat ſecunda, cum prima locum habuit.*

8 *Ad Fideicõmiſſũ non cẽſentur vocati, qui tẽpore teſtamẽti, vel mortis nõ erant nati.*

9 *In conditione poſiti cenſentur diſpoſitiuè vocati & nu. 93. & 94.*

10 *Reprobatur præcedens concluſio, maximè in tranſuerſalibus contra nu. 93. & 94.*

11 *Qui non vocatur, non poteſt grauari.*

12 *Subſtituti per nomen collectiuũ, licet veniant ordine ſucceſſiuo, intelligitur tamẽ per vulgarẽ, quæ vno admiſſo in ſequentib. expirat.*

Limitatur ſi ſubſtitutio facta ſit per verba tractum temporis reſpicientia maximè in infinitum, num. 101.

13 *In conditione poſiti in caſibus quibus vocati cenſentur, ad portionem patris, non ſui cohæredis, tantum veniunt.*

Limitatur in fideicommiſſis reciprocis, & realibus, in quibus vocati cenſentur in portionem etiam aliorum num. 102.

14 *Plures inſtituti, poſt quorũ oĩum mortẽ alter ſubſtituitur, dicũtur tacitè inuicẽ ſubſtituti*

15 *Præcedens concluſio procedit duobus concurrẽtibus requiſitis, quod exprimatur vltimo morienti, & in tota hæreditate.*

Sufficit tamen quod virtualiter, & interpretatiuè interueniant nu. 104.

16 *Substitutionum vno gradu perempto locus est secundo.*

17 *Testator noluisse dicitur, quod, cum potuerit, non expresserit.*
Declaratur nõ procedere, si nõ expressũ colligitur ex mẽte, & ratione testatoris nu. 115.

18 *Substitutus pluribus sine collectiua admittitur ad cuiusq; hæreditatem, nõ aliorũ morte expectata.*

19 *Fortius proxima conclusio procedit, quando illi, quibus substituitur, non sunt inuicem ab intestato successuri.*

20 *Ampliatur etiam, quod collectiua (omnes) adyciatur.*

21 *Quando propter collectiuam, omnes, vel similem expectandum est, vt conditio in persona omnium purificetur, hæreditas interim manet penes hæredem ab intestato.*

22 *Ratio illa generalis, quia vult bona remanere in agnatione, vel similis, non ampliat prius disposita, sed ad ea restringitur.*

23 *Referens nil disponit, præter quod in relato continetur.*

[2]5 *In fideicommissis attenditur proximitas testatoris, & de illa loqui censetur testator contra num. 73. 74. & 75.*

[2]5 *De iure tertij Actoris exclusiuo opponi potest per Reum.*

26 *Fideicommissum vsq; ad quem gradum extendatur, declaratur, nu. 133.*

27 *Descendentium appellatione veniunt Masculi, & fœminæ in infinitum.*

28 *Nomina collectiua, vt Descẽdẽtes, & similia cõprehendunt plures personas, & gradus ordine successiuo, secundũ gradus pximitatẽ.*

29 *Charitatis ordo causa est, vt cẽseãtur plures, in quibus cadit, ordine successiuo vocati.*

30 *Verba illa, in stirpes, non in capita, ostendunt ordinem successiuum.*

31 *Alternatiua, similiter, importat ordinem successiuum.*

32 *Descendentes ordine successiuo vocati censentur per fideicommissum, non per solam vulgarem substitutionem.*

33 *Onus dotandi fœminas descendentibus iniunctum, arguit ipsos esse per fideicommissum substitutos.*

34 *Fideicommissum dicitur inductum, eum testator ordinauit bona ppetuò remanere in descendentes, & descendẽtiũ descendentes.*

35 *Nomen familiæ, & nomen Descendentes, nõ distinguuntur in fideicommissis nu. 134.*

36 *Clausula, omni meliori modo, æquipollet Codicillari.*

37 *Clausula codicillaris facit directam dispositionem, etiã post mortem, & aditam hæreditatem per fideicommissum sustineri.*

38 *Substitutus vulgariter, pupillariter, & per fideicõmissũ, admittitur ex qualibet, prout euenit casus.*

39 *Cum plures vnico verbo in substitutione vocantur, censentur omnes vniformiter determinari.*

40 *Substitutio compendiosa continet Fideicommissariam.*

41 *Substitutio fideicommissaria in Compendiosa contenta, operatur omni tempore.*

42 *Substitutio Compendiosa dicitur, cum testator mortem in substitutione commemorat.*

43 *Et etiam quando testator vtitur in substitutione dictione, quandocunq;.*

44 *Fideicommissa perpetua quo ordine deferantur vocatis nu. 45.*

46 *Successio ab intestato quo ordine deferatur.*

47 *Fideicommissorum transitus à successione ab intestato regulatur.*

48 *Reciprocum Fideicommissum inducitur etiã ex coniecturis.*

49 *Fideicommissum purum, absolutum, & reale probatur coniecturis.*

50 *Pupillus non potest esse ascendens.*

51 *Substitutio pupillaris nulla est, tamen coniectura reciproci quandoq;.*

52 *Actus nullus demonstrat tamen voluntatem disponentis.*

53 *Fideicommissi reciproci coniectura est, si testator vocauit in stirpes.*

54 *In fideicommissis nepos succedit cum patruo.*

55 *Coniectura reciproci est, etiam digressus ad plures substitutiones.*

56 *Vocati ad fideicõ. & etiam in conditione sequentibus positi censentur etiam inuicem reciprocè substituti.*

57 *Geminatio verborum in fideicommissis ostendit testatoris enixiorem voluntatem.*

58 *Etiam ad inducendum reciprocum.*

59 *Substitutio facta vltimo morienti positorum in conditione tantùm, etiam quod facta sit*

substi-

substitutio in tota hæreditate non operatur reciprocum inter illos positos in conditione.

60 Substitutio interpretatur secundum easdem qualitates Institutionis nu. 61.

62 Reciproca facilius inducta præsumitur inter remotiores.

63 Reciproca quibus verbis concipiatur.

64 Vna substitutio interpretatur secundum aliam, vel alias.

65 Expressum censetur, quod Interrogatus testator respondisset.

66 Prædilecto vno in portione aliqua, censentur prædilecti in ea oēs etiā descēdentes ex eo.

67 Dilectio magis ex substitutione in portione relicta colligitur, quàm ex proximitate personarum.

68 Erga Transuersales affectio alia non consideratur, quàm quæ ex relicto eis colligitur.

69 Capienda est interpretatio, qua inæqualitas euitatur.

70 Conditio debet prius purificari, quàm in conditione positum petatur.

71 Transuersalium Cognatorum proximiores præferuntur remotioribus.

72 Testator præsumitur semper velle, quod commune, vel municipale ius disponit.

3 Ratio quare proximitas grauati, & non testatoris attendatur.

75 Coniunctus in substitutione dicitur in parte coniuncti à testatore prædilectus.

76 Absurdum est, quod remotior minus dilectus proximiorem magis dilectum excludat.

77 Absurdum prædictum vt euitetur, capitur coniectura reciproci.

78 Coniectura est reciproci fideicommissi, quando testator exprimit per fideicommissum, si verba alias starent sine virtute operandi.

79 Testator prohibendo bona transire in eos, qui non sunt de sanguine, censetur prohibere alienationem.

80 Prohibitio alienationis censetur contemplatione eorum, ad quos bona alias venirent.

81 Actio quæritur illi, cuius contemplatione dispositum est.

82 Prohibitio alienationis pluribus, quibus est facta substitutio, operatur inter eos reciprocum fideicommissum.

83 Ratio illa, scil dispositio, quod bona remaneant perpetuò in descendentibus, vel in familia, operatur inter illos reciprocum fideicommissum num. 84.

85 Ratio eadem inducit etiam fideicommissum reale, & absolutum, num. 129.

86 Fideicommissum reale, & reciprocum inducitur ex eisdem coniecturis.

87 Fideicommissum facilius inter sub nomine collectiuo vocatos inducitur.

88 In Claris non est admittenda voluntatis quæstio.

89 Fideicommissa reciproca sunt fauorabilia.

90 Præsumptio cedit veritati.

91 Vocati sub nomine pluriū graduū collectiuo, tempusq; successiuum respiciente, veniunt ordine successiuo, licet ex natura copulæ, & viderentur eodem tempore admittendi.

92 Ad Fideicommissa perpetua veniunt etiam non nati tempore mortis, sed post, dummodo tempore, quo dies fideicommissi cedit.

95 Positi in cōditione cēsentur vocati, nemine doctorū discrepante, si coniecturæ concurrant.

96 Coniectura, quæ fideicommissum arguunt reciprocum, probant etiam in conditione positos esse vocatos.

97 Positi in conditione si sunt, vel alienationis prohibitione, vel aliter grauati, censentur etiam ad fideicōmissum dispositiuè vocati, maximè aliis accedētibus coiecturis n. 100

98 Qui non honoratur, non potest grauari.

99 Qui vult consequens, censetur velle omne necessarium antecedens.

103 Testator substituens alicui & ... censetur velle, quod tota hæreditas veniat ad substitutum num. 117.

105 Paria sunt, quod substituatur ab vltimo moriente, vel post omnium mortem, multò magis cum exprimitur in tota hæreditate.

106 Fortius procedit proxima conclusio, si ex illis quibus substituitur aliquis supersit, qui ex præsumpta mente defuncti substitutum excludat num. 114.

107 Paria sunt, quod substituatur post mortē omnium, vel plurium indefinitè.

108 Copula, &, requirit vtrumq; in conditione positum purificari prius.

109 Dictio, sic etiam, copulat cū eisdem qualitatibus, quæ sunt in alterutra orōne copulata.

110 Pars vna testamenti declarat alteram.

111 Prouisio facta in duobus substitutionum gra-

dibus, censetur ēt in alio, licet medio facta.

112 In Nomine collectiuo vniuersalis omnis virtualiter subintelligitur.

113 Substituti remanent exclusi donec aliquis superest de primis collectiuè vocatis.

114 Fortius procedit proximū dictum, si ex primis aliquis superſit, qui ex coniecturata mēte testatoris substitutū excludat.

116 Quota, quæ est in institutione censetur in substitutione repetita.

Prohibitio alienationis pluribus facta, quibus substitutum sit, operatur, vt substitutio censeatur facta in toto nu. 118.

119 Testator de bonis indefinitè disponens censetur de tota hæreditate sensiſſe.

120 Relatio, dicta, repetit integrum relatum in referente.

121 Ratio generalis conseruandæ familiæ facit singula singulis substitutionibus inesse.

122 Ratio conseruādæ familiæ censetur omnibus substitutionum gradibus ineſſe.

123 Non succeditur ex sequenti gradu, donec aliquis superest præcedentis nu. 136.

124 Successio ab intestato non habet locum durante fideicommiſſo reciproco, vel reali, & absoluto.

125 Causa testati facit ceſſare causam intestati.

126 Prohibitio alienationis vt bona in descendentibus, agnatione vel familia remaneant, impedit posse succedi ab intestato.

127 Existēte substituto nō succeditur ab ītestato.

128 Verbum (remaneant) est continuum.

129 Ratio conseruādæ familiæ vel descendentiæ ampliat alienationis prohibitionem, & facit fideicommiſſum absolutum, quod aliàs solum eſſet conditionale.

130 Relatio fit regulariter ad proxima, maximè si aliter fauorabilis diſpositio restringeretur.

131 Relatio nō fit ad illud, quod propter relationem redderetur inutile.

132 Iuris tertij nō deducti non est habenda ratio.

133 Fideicommiſſa perpetua ad plures gradus collectiuè vocatos etiam vltra decimum gradum transeunt nu. 135.

137 Familiæ, seu vocatorum obseruantia est bonus fideicommiſſi dubij interpres.

ARGVMENTVM.

QVÆ requirantur ad hoc, vt reciproca ſubſtitutio facta dicatur inter plures, quibus eſt alter vltimo ſubſtitutus.

An ſufficiat, quòd requiſita virtualiter per æquipollentia interueniant, & quando ſic interueniſſe dicantur.

Rurſus ipſis non extantibus requiſitis, an nihilominus poſſit ex coniecturis, & quibus reciproca elici.

Subſtitutio per nomen collectiuum facta, an eodem dumtaxat tempore, an ordine ſucceſſiuo, & an per vulgarem, an etiam per Fideicommiſſum, & quando, interpretetur, & ex quibus verbis.

In Fideicommiſſis realibus, & abſolutis quo ordine ſuccedatur, cuiuſq; proximitas attendatur, Teſtatoris, an grauati.

Quando tempore mortis Teſtatoris natū eſſe oporteat, & quando tempore, quo dies fideicōmiſſi cedit, natum eſſe ſufficiat, qui ad illud cocurrit.

Subſtitutionem in teſtamento non extare, vel fideicommiſſum quomodo dignoſcatur.

Filij in conditione poſiti an, & ex quibus coniecturis ad fideicommiſſum cenſeantur, etiam in tranſuerſalibus, diſpoſitiuè vocati.

Compendioſa ex quibus verbis arguatur, & quas alias ſubſtitutiones ipſa comprehendat.

Aliquem eſſe Teſtatori prædilectum vnde probetur.

CONSILIVM PRIMVM.

PRO ILLVSTRIBVS SALICEIS DE BROGALIA
Contra Mag. D. Horatium Plattum de Tilio,

Facti Species.

Fiordelisia soror præmortua. Stephanus Testator. Margarita soror super.

Nicolaus. — Bartholomæus, Gaspar, & Stephanus.

Hippolyta. Fiordelisia.

Vrsula. Antonius, & Violans.

DECESSIT Vrsula sine filijs, & descendentibus, cuius hæreditatem Pater ab intestato Antonius, & Violans ex testamento infrascripto habere contendunt. Quibus pater de iure etiam Filiorum Margaritæ ad exclusionem istorum in subsidium opponit.

Quæritur quem eorum omnium Ius in eius hæreditatis vendicatione præferat.

Tenor testamenti hic est.

In omnibus autem alijs suis bonis, & rebus mobilibus, etiam immobilibus, iuribus, actionibus, & nominibus debitorum præsentibus, & futuris idem Magnificus D. Testator sibi infrascriptos hæredes instituit, quos ore suo proprio nominauit, & nominat Magnificam D. Margaritam eius D. Testatoris sororem, & vxorem Sp. D. Petri Angeli supţascripti de Lambertegis pro tertia parte, D. Gasparem, & D. Bartolomæum eius D. Margaritæ filios legitimos, & naturales, & quoscunq; alios filios masculos ipsius D. Margaritæ de legitimo matrimonio nascituros, & quemlibet eorum æqualiter pro altera tertia parte, & vbi, & quandocunq; decedat supradicta Domina Margarita eidē substituit dictos eius filios natos, & nascituros superuiuentem, seu superuiuentes, & eorum descendentes masculos legitimos æquis portionibus per stirpes, & non per capita. Si verò ipsius D. Margaritæ filij eidem omnes præmorirentur, sine filijs, & eorum descendentibus ex legitimo matrimonio, co in

Substitutionū gradus primus.

Secundus.

casu ipsis filijs substituit dictam D. Margaritam eorum matrem, etiam hoc vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum. Pro reliqua verò tertia parte instituit vtsupra D. Nicolaum fil. qu. D. Fiordelisiæ sororis ipsius Domini testatoris, & vxoris relictæ quondam Domini Christophori de Plattis de Boaltio, his conditionibus infrascriptis semper intellectis, de quibus infra fit mentio, videlicet, Quòd ipse D. Nicolaus det, & dare teneatur dotem ex dicta sua tertia parte Dominæ Catherinæ eius D. Nicolai sorori in bonis; seu pecunijs taxandam laudo, & arbitrio Reuerendi Patris D. Panthaleonis fratris ipsius D. Testatoris, & Dominorum Petri Angeli, & Pontiani, quando ipsa D. Catherina peruenerit ad matrimonium temporale tantùm: Et vbi & quatenus contigerit dictum D. Nicolaum quandocunquè decedere sine filijs legitimis, & naturalibus, & absquè descendentibus legitimis, Tunc & eo in casu suprascriptus D. Testator sibi, & dicto D. Nicolao vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum substituit suprascriptam Dominam Margaritam, & dictos eius filios, & quemlibet eorum superuiuentem, seu superuiuentes, & eius, vel eorum descendentes legitimos per stirpes, & non per capita, cum conditione dandi supradictæ D. Catherinæ vtsupra.

Tertius.

Si verò decesserit ipse D. Nicolaus relictis tantùm filia, seu filiabus legitimis, aut descendentibus legitimis ex ea, vel eis, tunc eo casu supradictus D. Testator sibi & dicto

Quartus.

D. Nicolao vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum ſubſtituit ſupradictam D. Margaritam, & dictos eius filios maſculos ſuperuiuentem, ſeu ſuperuiuentes, & eius, vel eorum deſcendentes maſculos legitimos ex linea maſculina per ſtirpes, & nõ per capita vtſupra pro medietate. Cum conditione dandi ſupradictæ D. Catherinæ proutſupra, Pro reliqua verò medietate dictam eius D. Nicolai filiam, ſeu filias legitimas, & earum deſcendentes de legitimo matrimonio per ſtirpes, & non per capita.

Quintus. Et ſi dictæ filia, vel filiæ legitimæ ipſius D. Nicolai, & eius, vel earũ deſcendentes quandocunq; deceſſerint ſine filijs, & deſcendentibus legitimis, tunc & eo caſu ſibi, & dictis filiæ, ſeu filiabus, & deſcendentibus vtſupra vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum ſubſtituit dictam D. Margaritam, & dictos eius filios, & eius, vel eorum deſcendentes legitimos, & quemlibet eorum ſuperuiuentem, ſeu ſuperuiuentes per ſtirpes, & non per capita, cum cõditione ſupradicta dandi ſupradictæ D. Catherinæ proutſupra.

Sextus. Sic etiam ſi ſupradicta D. Margarita, & dicti eius filij maſculi legitimè nati, & naſcituri vtſupra omnes decederent ſine filijs legitimis, & naturalibus, & abſq; eorũ deſcendentibus legitimis, tunc & eo caſu præfatus D. Teſtator ſibi, & dictæ D. Margaritæ, & ſupradictis eius filijs vulgariter, pupillariter, & per fideicomiſſum ſubſtituit ſupradictum D. Nicolaum, & eius deſcendentes legitimos per ſtirpes, & non per capita.

Septimus. Si verò dicta D. Margarita, & dicti eius filij omnes deceſſerint relictis tantùm filia, ſeu filiabus legitimis, aut deſcendentibus legitimis, ex ea vel eis, Tunc eo caſu ſupraſcriptus D. Teſtator ſibi, & dictis Dominis Margaritæ, & filijs maſculis vtſupra vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum ſubſtituit ſupraſcriptum D. Nicolaum, & eius deſcendentes maſculos legitimos ex linea maſculina per ſtirpes, & non per capita pro medietate, Pro reliqua verò medietate ſupradictas eius D. Margaritæ, & filiorum maſculorum vtſupra filiam, ſeu filias, & eius, vel earum deſcendentes de legitimo matrimonio in ſtirpes, & non per capita.

Octauus. Et ſi dicta eorum D. Margaritæ, & filiorum maſculorum filia, ſeu filiæ legitimæ, & deſcendentes ex eis vtſupra deceſſerint ſine filijs, & deſcendentibus legitimis, eo in caſu idem D. Teſtator ſibi, & dictis filiæ, ſeu filiabus, & deſcendentibus vtſupra vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum ſubſtituit dictum D. Nicolaum, & eius deſcendentes legitimos in ſtirpes, & non per capita vtſupra. Ita & taliter, quod dicta eius D. Teſtatoris hæreditas, & bona perpetuò tranſeant, & remaneant in dictos eius hæredes vniuerſales, & eorum deſcendentes, & deſcendentium deſcendentes maſculos, deinde fœminas vtſupra ſubſtitutas proutſupra diſpoſitũ eſt. ET NON IN ALIOS, Qui Non deſcendant ex ſanguine dictorum hæredum.

INITIVM A DOMINO.

Videtur in propoſito Thamate ad hæreditatem dictæ Vrſulæ antedictos Antonium, & Violantem nul lo prętextu admitti poſſe; ſed eius Vrſulę Patrem ab inteſtato, vel filios D. Margaritæ ſaltem, deſcendentibus D. Nicolai decedentibus ſine filijs, & deſcendentibus, ſubſtitutos.

Admitti non poſſe patet ex teſtamenti ipſius ſerie, qua in nullo ſubſtitutionum gradu vocantur, octo enim ſubſtitutionum gradus fecit Teſtator, Primus eſt de filijs Margaritæ ad Matrem. Secundus eſt ad primũ reciprocus. Tertius vocat eandem Margaritam, & eius deſcendentes ad hæreditatem Nicolai ſine deſcendentibus decedentis. Quartus ipſimet decedenti cum ſolis fœminis & deſcendentibus ex eis ſubſtituit

stituit sibi & D. Nicolao eosdem pro medietate,& dictas fœminas pro altera. Quintus in casu deficientis sobolis præfati D.Nicolai ei substituit eosdem in prima medietate substitutos. Sextus est ad tertium suprascriptum reciprocus. Septimus ad quartum. Octauus ad quintum. Ex quorum graduum enumeratione in nullo filijs Hippolitæ filios D.Fiordelisiæ legitur esse substitutos. Sic ex inspectione Testamenti sa
1 tis probari † substitutionem non esse factã tradit Manti. de coniec. vlt. vol. lib. 5. tit. 1. num. 18. & lib. 8. tit. 1. nu. 24. Cach. cons. 22. nu. 10. Decia. cons. 7. nu. 1. vol. 2. Soc. Iun. cons. 180. nu. 1. lib. 2. & alibi infra proximè allegatus. Cum Reo con-
2 uento † testamentum de eis, vel in hoc casu non loqui dicere sufficiat Burs. cons. 52. nu. 11. vol. 1. Decia. cons. 1. num. 19. & cons. 41. nu. 52. vol. 1. Idem Burs. cons. 371. nu. 5. vol. 4. Soc. Iun. cons. 101. nu. 3. & cons. 102. nu. 23. lib. 1. Cuius dicti
3 euidens est ratio, cum substitutio † huiusmodi sit onus odiosum, contra quod fit in dubijs interpretatio Decia. dicto cons. 1. nu. 197. & cons. 26. nu. 83. vol. 2. Burs. cons. 202. nu. 3. vol. 2. & cons. 51. nu. 9. vol. 1. & cons. 371. nu. 4. vol. 4. Alba cons. 31. nu. 9. Plottus cons. 86. nu. 33. Ceph.
4 cons. 394. nu. 26. vol. 3. Nam † iure omnia bona in dubio allodialia præsumuntur, vt ex Menoch. præsump. lib. 3. cap. 91.

Nec obstat, quòd in quarto substitutionum gradu pro medietate descendentes ex fœminis fuerint ipsi D. Nicolao substituti, quia illa substitutio non procedit in istis post medietatem per ipsas filias acquisitã; Cum filiæ, & descendentes fuerint con-
5 iunctim vocati per copulam † quæ æqualitet etiam eodem tempore ipsos omnes testatori transuersales facit censeri vocatos, Alex. cons. 13. nu. 2. vers. siuè etiam vol. 4. Corn. cons. 321. nu. 3. vol. 3. & cons. 17. nu. 3. vol. 4. quam communem dicit; Dec. cons. 205. nu. 2. vers. circa primum, & cons. 236. col. 2. vers. Tertius videtur Soc. Iun. cons. 180. nu. 52. vol. 2. Hier. a Lau. decis. Auen. 37. nu. 10. Menoch. lib. 4. præsump. cap. 70. nu. 16. Hier. Gab. cons. 130. nu. 10. lib. 1. Quæ substitutio cum locum
6 habuerit in ipsis filiabus, quibus † descendentium non existentium tempore mortis Domini Nicolai portio accreuit vulg. l. vnica, vbi Doc. C. quan. non peten. par. accresc. l. rem coniuncti ff. de leg. 30. se-
7 quitur † vt reliquorum cesset, quæ in ipsis iam locum habuit, consequentia probatur ex allegatis Doc. & Decia. cons. 1. num. 188. vol. 1. Ceph. cons. 269. nu. 16. lib. 2.

Secundo si etiam dicamus descendentes in præfato quarto gradu ordine successiuo vocatos vnus post alterum; Inter ipsos tamen descendentes, Anton. & Violantem, vel
8 Vrsulam non comprehendi, vti † tempore testamenti, vel mortis Testatoris non natos videtur dicendũ cum Corn. cons. 231. col. 2. vers. concurrit vol. 1. Dec. consil. 253. col. vlt. vers. postremo, vol. 2. Rui. cons. 100. num. 5. & cons. 123. nu. 1. vol. 2. Ceph. cons. 88. nu. 36. vol. 1.

Et si dicere velint ipsos, licet tunc non natos, vocatos tamen censeri, cum eos in quinto
9 gradu substitutionum in conditione † posuerit, pro ut plures tenuere; quos enumerat Rom. lib. 4. comm. concl. tit. de fideicom. concl. 4. nu. 2. Burs. 93. 202. num. 27. vol. 2.

10 Sequenda nihilominus erit contraria † maximè in transuersalibus, magis communis, vt ex traditis in fortioribus legitur apud Ceph. cons. 268. nu. 17. vol. 2. Cacher. cons. 35. nu. 1. Decia. cons. 26. nu. 42. vol. 2. Hier. Mago. decis. floren. 73. nu. 4. Crass. in trac. success. §. fideicomiss. quæst. 13. Clar. d. §. testamentum quæst.
11 77. in fi. si ergo † vocati non sunt, nec alteri restituere, potuerunt grauari l. ab eo C. de fideicommissis Ceph. cons. 269. nu. 17. vol. 2.

Tertiò si concederetur etiam omnes descendentes successiuo ordine substitutos; illam
12 tamen substitutionem † vulgarem, tantũ necesse est, nuncupemus, quæ ipsis Fiordelisia, & Hippolita filiabus admissis expirauit l. post [illegible]tam C. de Impub. Soc. Sen. cons. 104. nu. 10. lib. 3. Paris. cons. 82. nu. 10. lib. 2. Ceph. cons. 269. num. 15. vol. 2. & cons. 354. nu. 49. & seq. & nu. 84.

vol. 3. & conf. 473. nu. 19. vol. 4. & conf. 447. in fi. vol. 3. Rui. conf. 92. num. 5. & 7. vol. 2. Soc. Iun. conf. 126. num. 46. vol. 1. Decia. conf. 1. num. 188. vol. 1. & nu. 190. & conf. 26. nu. 37. vol. 2. conf. 19. in fi. vol. 3. vbi legitur hoc, etiam quod filij fint cũ clausula per fideicommissum substituti, etiam quòd testator vsus fuerit communi verbo substituo Ceph. conf. 446. nu. 4. vol. 3. Dec.. conf. 205. nu. 6.

Quarto præsuposito etiam fideicommisso, vt scilicet proximiores rogati censeãtur post mortem remotioribus gradatim restituere, id tamen in sola sui Ascendentis, non collateralis portione intelligi debet. Crau. conf. 306. nu. 1. Burf. conf. 202. nu. 42. vol. 2. Ceph. conf. 517. nu. 35. 292. vol. 4. vbi
13 † quòd quando in conditione positus, censetur vocatus ex testamento, intelligitur vtsupra. Et sic ad eorum Matris, non Vrsulæ partem. Hocq; est, quod voluit Decia; dum actiuam à passiua successione distinguit in conf. 1. nu. 195. vol. 1. & conf. 2 ˜ nu. 45. vol. 2.

Nec obstat, si pro eis diceretur, quòd cum D. Margarita, etiã eius filij fuerint post mortem omnium Descendentium D. Nicolai in ipsa medietate substituti, ipsi Descen-
14 dentes† censeantur inuicem substituti plurium auctoritate, quos allegat Crau. conf. 113. nu. 11. vers. sed tamen post Castr. in l. pe. nu. 3. C. de Impub. & conf. 271. vers. quibus & conf. 321. col. 2. vers. de dimidia vol. 2. Hier. Gratt. cõf. 3. nu. 5. lib. 1. Decia. conf. 1. nu. 275. & conf. 3. num. 57. & 60. vol. 1. & conf. 28. num. 19. vol. 2. Soc. Sen. conf. 104. nu. 7. lib. 3. Soc. Iun. conf. 180. nu. 14. lib. 2. Cach. conf. 22. nu. 13. Curt. Iun. conf. 11. nu. 5. vers. secundo principaliter & conf. 43. nu. 5. vers. & sic. & conf. 156. nu. 2. Paris. conf. 43. nu. 26. 27. & 41. lib. 2. Sfortia Oddo tract. compenditione par. quinta pag. 74. vers. ego puto.

Quia Respondetur non aliter secundum communem opinionem recipiendam esse prædictam conclusionem, nisi duobus his re-
15 quisitis concurrentibus, quòd † ipsa substitutio facta fuerit expressim post mortem omnium vltimo morienti, & in tota hære ditate. Ias. in d. l. pen. nu. 8. in fi. Rui. conf. 111. nu. 12. vol. 2. & conf. 126. nu. 6. & 8: vol. 3. & conf. 119. nu. 4. uol. 2. Alba conf. 31. nu. 3. Bello. conf. 82. nu. 10. Ceph. conf. 394. nu. 25. & conf. 419. nu. 33. uol. 3. & conf. 478. nu. 13. & conf. 517. num. 89. & conf. 522. nu. 3. uol. 4. & conf. 646. num. 5. & conf. 715. nu. 6. vol. 5. Burf. conf. 371. num. 17. vol. 4. & conf. 51. num. 8. volu. 1. Decia. conf. 3. num. 44. vol. 1. & conf. 26. num. 60. vol. 2. Hier. Mago. Decis. Floren. 71. num. 16. Socin. conf. 104. num. 8. & 9. lib. 3. Quæ requisita in præsenti substitutione non concurrunt; Propterea filijs D. Margaritæ virtute dictæ quintæ substitutionis spectare constat, cum Vrsula vltimò decesserit, descendentibus ex se non reli-
16 ctis; Vndè consequens est, vt † perempto gradu illo, sequens admittatur substitutionum gradus Ceph. conf. 620. num. 15. & seq. vol. 5. post Castr. conf. 422. vers. in contrarium vol. 2.

Cum enim nec testator dictione illa omnes vsus fuerit in eo quinto gradu, qua vsus est in sexto, vbi omnes dècederent, elicitur vo-
17 luntas testatoris (sciuisset enim † si voluisset exprimere Decia. conf. 26. num. 36.
18 vol. 2.) vt † singulis non aliorum morte expectata censeantur substituti præfati filij D. Margaritæ Bello. conf. 81. num. 3. & conf. 82. num. 8. maximè cum nec inter se dicti descendentes D. Nicolai, vti cognati, attentis etiam statutis Vallis [illegible] ab inte
19 stato † successuri essent Alt[illegible]. consil. 31. num. 11. Rui. conf. 126. nu. 7. vol. 3. Vasq. tract. de succ. prog. §. 25. num. 45. Quin-
20 imo & prædicta dictione † adiecta Idem tradit Vasq. tract. de success. [illegible] & resol. §. 25. num. 42. Butr. conf. 31 visis consilijs Ripa in l. hæredes mei. §. cum ita nu. 143. ff. ad treb. Burf. conf. 371. [illegible] num. 27. vol. 4. Manti. tract. de coniect. vlt. vol. tit. 5. num. 29. vers. 2. vero.

Quòd si esset adiecta, vel illam in eo quinto gradu subintelligamus ex mente testatoris repetitam iuxta inferius allegata vers. post omnium, & omnium quarti gradus mortem concedamus à quinto gradu esse expectandam. Adhuc nihil ipsis Antonio;

&

& Violanti prodest; cum interim penes
21 intestatum hæredem, & sic Patrem † Vr-
sulæ stare debeat in pendenti, vt scriptum
reliquit Alba.d.cons. 31.num.7.Alex.cons.
91.num.7. vol.1.Soc.in d.§.cum ita num.
29. vers.sed licet.ff.ad Treb.
Nec obstat illa ratio generalis in fine posita
(ità,& taliter) quæ videtur obstare, ne pe-
nes patrem interim remaneat &c. Quia
22 Respondetur per illã † nihil de præmissis
extendi, vt tradit Dec. cons.287.col. 5.nu.
11. vers.non obstat,& cons.218. num.16.
& cons.636.num.12. Ceph.cons.394.nu.
10. vol.3. Tantòmagis cum, & eam ad su-
perius specificatas substitutiones restrinxe-
rit Testator, ibi, prout supra dispositum
23 est ad superiora se † referens, facit, quòd
legitur apud Affl. decis. 72. num. 6. Ruin.
cons.96. num.12. vol. 2. dicentes relatio-
nem nil plus disponere, quàm in relato
contineatur.
Quinimo retorqueri potest ad fauorem dicto-
rum filiorum D. Margaritæ, de quibus ibi,
24 vti Testatori proximioribus † loqui cense-
tur Testator Rui. cons. 15. nu. 19. & cons.
142. num.16. vol.3. Zanch.in Repet.l.hæ
redes mei.§.cum ita sub num. 114. vers.q.
autem attendatur ad Trebell. Couar.prac.
quæst.cap.38.num.3.Io.Dilec.de arte Te-
stat. tit. 5. cau.21.in fin. Tiraq. de retrac.
lign.§.11.glo.prima, num.16. Corn. cons.
42. num.4. vol.4.multi apud Hier.à Laur.
decis.Auen 37. nu.5. vers.alij verò.Manti.
de coniect.vlt vol.lib.8.tit.14.num.20.
Et de quo ipsorum iure vti penitus iuris Acto
25 rum exclus̃ .o † per Patrem ab intestato
succedentem opponi potest Francus Deci.
14. num. ro.
Quinto, prædictis etiam cessantibus, ita vt Te
statorem fideicommissum in ipsis dumta-
xat descendentibus D.Nicolai induxisse fa-
teremur, absolutum illud etiam, finitumq;
esset, cum isti filij Fiordelisiæ sint in quinto
gradu consanguinitatis testatori.§. quinto
instit. de gra. cogn. & cum Fideicommis-
26 sum vltra † quartum gradum non exten-
datur.§. nos igitur in auth.de rest. fideic.
Quibus tamen minimè obstantibus hæredi-
tatem præf.D.Testatoris, quæ ad prædictã
Vrsulam, seu Matrem eius peruenit iure fi-
deicõmissi, ad dictos filios Fiordelisiæ per-
tinere, & esse restituendam, verior, & æqui
or est sententia, quam ex infrascriptis eui-
denter ostendo.
Primo id manifestum est eorum descendentiũ
27 nomine † omnes masculos, & fœminas, &
ex eis descendentes vsq; in infinitum con-
tineri Dec.cons. 223. num. 2. Ceph. cons.
447.num.28. vol.3. Crass. in. §. fideicom-
missum quæst.15. num. 1. Menoch. lib. 4.
præs.cap.91. num.2. & 7. Io. Bap. Plottus
cons.86. num.28.Ceph. cons.354.num.2.
& cons. 394. num. 3. vol. 3. & cons. 473.
num.7. vol. 4.
Et vti terminum plurium personarum,& gra-
28 duum collectiuũ † vnius post alterum suc-
cessiuo ordine secundum gradus proximi-
tatem vocare, donec aliquis extet eorum,
Castr.Ang. Alex. Caccial. Bart. Corn.Soc.
Cur. Sen. Dec. & alij, quos sequitur, ab eo
allegatos Decia.cons.1. num.208. & cons.
31.num.37. & 111. & cons.41. num.2.&
26. vol. 1. Bal. cons. 305. non est dubium
vol. 3. Crau.cons.22.nu.2. Burs.cons.301.
num.9. vol.3. & cons.170. num.33.vol.2.
Ceph.cons.354. in præsenti nu.4.8. & 51.
vol.3. & cons. 473. num. 16. vol. 4. Idem
Decia.cons.7.nu.31.vol.5.Crass.de quęst.
15.num.6. Menoch.lib.4.præs.cap.70.nu.
24. Viu.decis.214. Rui.cons.128. num.4.
lib.3. Soc. cons. 104. num. 10. lib.3.
In eos enim charitatis, & affectionis cadit or-
do, qui huius successiuæ interpretationis
29 causa † est efficiens secundũ Doct.præ alle
gatos, & in l.Gallus.§. quidam rectè. ff. de
30 lib. & posth. Quòd † & verba illa in stir-
pes, & non in capita ostendunt Dec. cons.
384. num.4. Cuma.cons.118. col. 1. vers.
cuius gratia.
Idem probat natura alternatiuè inter ipsos
31 quarto loco substitutos, quam † successiuũ
ordinem inducere tradit Ceph, cons. 394.
num. 34. vol.3.
Hoc autem in ipsis descendentibus non so-
32 lum per vulgarem; sed etiam † per fidei-
commissum seruari consuluit Menoch.cõs.
85. num.4. lib.1. Crau.cons.22.nu.3.vers.
Sed præmissis non obstantibus, & num.6.

Decia.

Decia. conſ. 26. num. 9. vol. 2. & conſ. 31. num. 111. vol. 1. & conſ. 7. num. 20. vol. 5. Burſ. conſ. 301. num. 10. vol. 3. Alba. conſ. 51. num. 2. Rui. conſ. 128. num. 3. & conſ. 139. num. 23. vol. 3. Craſs. in s. fideicommiſſum quæſt. 4. nu. 17. & quæſt. 15. nu. 6.

33 Quod fideicõmiſſum innuit onus † quoq; Dotandi D. Catherinam; ſi cõditio illa cen ſetur in ipſa ſecunda medietate appoſita, vt infert conditionis ipſius in ſequenti ſubſtitutione repetitio Burſ. conſ. 301. nu. 17. volum. 3.

Quod idem ſcilicet per fideicommiſſum di-
34 ſpoſuiſſe elicitur ex poſteriori clauſula † perpetuò in Deſcendentes, & Deſcendentium Deſcendentes Menoch. lib. 4. præſ. cap. 68. num. 8. Craſs. in d. s. fideicommiſſum, quæſt. 15. verſ. aut enim teſtator Burſ. conſ. 202. num. 15. vol. 2. Decia. conſ. 7. num. 22. vol. 5. In quibus locis licet vt frequentius loquantur in ratione, vt remaneant in familia; nulla nihilominus eſt diffe
35 rentia, † ſi dictum ſit, vt maneant in deſcendentes Ceph. conſ. 268. nu. 29. vol. 2. Decia. conſ. 1. num. 247. & 252. volu. 1.
36 Elicitur & ex clauſula † omni meliori modo &c. quæ codicillari æquipollet Bell. cõſ.
37 85. num. 2. quæ † diſpoſitum facit poſt additã hæreditatem, & mortem per fideicommiſſum valere Rui. conſ. 142. num. 13 col. 7. in fin. vol. 3. Crau. conſ. 22. num. 8. Menoch. lib. 4. præſ. cap. 66. nu. 11. Pariſ. conſ. 11. num. 32. lib. 3.

Quod fideicommiſſum fruſtra ex Doctorum ſententijs probamus, cum hoc expreſſerit Teſtator in ſubſtitutione primæ medietatis ibi in quarto gradu. Tunc & eo caſu ſubſtituit ſuprafcriptam D. Margaritã &c. vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſ
38 ſum Quæ † verba operantur directam, & obliquam, prout euenerit caſus Barr. in l. centurio num. 38. verſ. idem ſi teſtator. ff. de vulg. Gui. Pap. deciſ. 532. Craſs. d. s. fideicommiſſum quæſt. 4. nu. 3. Ceph. conſ. 134. num. 3. volu. 1. Decia. conſ. 41. num. 11. volu. 1. Pariſ. conſ. 11. num. 31. lib. 3. A quo verbo ſubſtituit, cum vtraq; medietas, & vtriuſq; deſcendentes regulentur,
39 cenſentur omnes vniformiter † & ſic per fideicommiſſum determinari l. iam hoc iure. ff. de vulg. Ceph. conſ. 473. num. 18. & 20. in fin. vol. 4. Decia. conſ. 3. num. 57. & 58. & conſ. 41. num. 70. in fin. vol. 1. & cõſ. 26. num. 34. vol. 2. Rui. conſ. 165. num. 6. lib. 2. & conſ. 142. nu. 13. col. 6. verſ. quod probatur lib. 3.

Quibus verbis, & clauſulis etiam circumſcriptis, nihilominus fideicommiſſarium eſſe ordinem prædictum ſucceſſiuũ patet; cum dicta ſubſtitutio ſit compendioſa, vt infe-
40 rius oſtenditur, in qua † fideicommiſſaria continetur verbis expræſſis Bart. & omnes in l. centurio ff. de vulg. & in l. precibus C. de Impub. & in c. Rainutius de Teſta. Alex. conſ. 13. nu. 2. vol. 4. Dec. conſ. 416. nu. 7. Soc. Iun. conſ. 94. nu. 26. vol. 1. Idem Alex. conſ. 1. nu. 4. ad ſi vol. 1. Decia. conſ. 41. nu. 8. & conſ. 30. nu. 56. vol. 1. Burſ. conſ. 71. nu. 9. & 10. vol. 1. & conſ. 201. nu. 3. vol. 2. vbi eam communiorem [illegible] Rui. conſ. 142. nu. 2. vol. 3. Menoch. lib. 4. præſ. cap. 68. nu. 4. Pariſ. conſ. 11. num. 37
41 lib. 3. Quæ † fideicommiſſaria contenta effectũ omni caſu ſortitur Burſ. dicto conſ. 71. nu. 21. vol. 1. Decia. dicto cõſ. 41. nu. 9.
42 Compendioſam autem † eſſe conſtat; Tum ex mortis in vtroq; quarto, & quinto gradu, commemoratione ibi deceſſerit, & quandocunq; deceſſerint Rui. conſ. 92. nu. 1. & conſ. 99. nu. 1. vol. 2. poſt gloſam magnam in l. in teſtamento. ibi ſi Lucius deceſſerit C. de Teſt. mil. quàm ibi Fulg. Caſtr. Alex. & alij ſequũtur Idem Rui. conſ. 139. nu. 23. vol. 3. Decia. conſ. 41. nu. 5. & 69. vol. 1. Menoch. lib. 4. præſ. cap. 71. nu. 12. verſ. idem eſt Pariſ. dicto conſ. 21. nu.
43 33. lib. 3. Tùm etiam † ex dictione quandocunquè ſæpius in ipſis gradibus repetita Bar. & cæteri in d. l. centurio Canoniſtæ in c. Rainaldus de Teſt. Ceph. conſ. 380. num. 22. vol. 3. & conſ. 473. nu. 17. vol. 4. Pariſ. dicto conſ. 11. nu. 36.

Si ergo deſcendentes omnes gradatim vnus poſt alterum ad ea bona, in quibus D. Nicolaus fuit per fideicommiſſum inſtitutus, vocati cenſentur, per conſequens quæ ad Vrſulam peruenerunt à Teſtatore, in eos filios Fiordeliſiæ in gradu proximiores ipſorum

ſorum deſcendentium continuari debent,
44 cum ſic † ſucceſſiua fideicommiſſa per pro
ximiores gradus ambulent l. peto §. fratre
ff. de leg. 2. l. cum ita §. in fideicommiſſo ff.
de leg. 1. Bart. & Soc. in l. ſi cognatis ff. de
rebus dubijs. Crau. conſ. 180. nu. 2. Rui.
conſil. 92. nu. 6. verſic. Et quamuis vol. 3.
Burſ. conſ. 170. nu. 16. vol. 2. & conſ. 301.
nu. 9. vol. 3. Decian. conſ. 31. num. 111. &
ſeq. & conſ. 41. nu. 2. & 66. vol. 1. Tiraq. de
retrac. lign. §. 11. glo. 4. nu. 2. Hier. Mago.
45 decis. 72. allegata nu. 2. Idq; † per Aſcen-
ſum, deſcenſum, & tranſitum gl. in l. fin.
in verbo poſt eos C. de verb. ſign. Decian.
alienanti testatur idem Lud. ibi nu. 4. Bell.
ibi nu. 7. vers. debent itaq; referens Bertran.
cons. 161. vol. 3. Marzar. trac. de fideicom.
par. 2. vers. quadragesimo quæritur in ver-
bo, sed quod immo Francus decis. 241. nu.
2. Alios tamen in contrarium refert sequen
tes Alex. Raud. decis. Pisana 31. nu. 271.
& decis. 29. nu. 177.

Respondetur tertiò oppositionem ante dictã
eo casu sortiri effectum, quando simplex sit
alienationis prohibitio, quæ ex natura fidei
commissi resultat, secus cum duplex sit vna
legis, altera testatoris, vt præsenti testamen
to; tunc ea bona non posse alienari etiam
35 ex ea causa dotis † voluere Bald. in c. 1. §.
donare in prin. qual. feuda poss. alien. Ias. in
l. filiusfam. §. diui nu. 66. & in secunda le-

ditione posita vocata censeatur, efficacissima est coniectura, vt supra dictum est nu. 17. quibus adde Soc. Iun. cons. 1. num. 22. vol. 3. Boer. decis. 155. nu. 25. vers. & hoc quando. Menoch. lib. 4. præs. cap. 76. nu. 41. Ergò multò magis, vt dixi cum Crau. ef-
59 ficax est, vt spes † fideicommissi transmittatur, quod & legitur loco septimo recep. sent. tito. de fideicom. cap. 7. versic. Sexta itidem.

In quibus omnibus coniecturis maximè iudi-
60 cis † arbitrium versari refert idem Boer. d. decis. 155. nu. 18. Pet. Surd. Mant. decisione 162. nu. 11.

Respõdetur tertiò ad eandem oppositionem, quæ fuit secunda principalis, quòd facta per eam D. Lucretiam alienatione, vltra quod esset de iure permissum, statim conditionale fideicommissum, non expectata
61 † morte grauati, purificatur, & per fideicommissariam statim vẽdicari potuit. Ferd. Vasq; trac. de success. progres. §. 28. nu. 12. Guid. Pap. decis. 601. post gl. & alios per eos relatos, & non solum, quod est aliena-
2 tum; sed omnia bona † restitutioni subiecta tanquàm ab indigno Anch. quæst. 72.
63 nu. 34. Nulla etiam præscriptione † obstante Ferd. Loaz. in dicta l. filiusf. §. diui nu. 101. Relatus loco septimo recep. sent. tit. septimo cap. 5. vers. res prohibita, & ante eum Ias. in dicta auth. res quę nu. 2. Saltem longi temporis Crass. dicto §. fideicommissum quæst. 56. nu. 7. Maxime ea D. Lucre-
64 tia † aliter non existente soluendo, vt ibidem Ias. nu. 2. vers. virt[illegible] Attento etiam,
65 quòd fuit † prohibit[illegible] [illegible]pretia Mat[illegible] trac. de prob. conc[illegible] 79. nu. 2. Ergo etiam filia hęres eadem actione transmissa ex purificato fideicommisso rectè vtitur l. quæda ita ff. ad treb. l. si in persona C. de fideicom. l. 1. §. sin autem sub conditione v[illegible] C. de cad. toll.

Non obstat quòd in fideicommissis etiam ex mente testatoris, & rationis identitate de qua testator interrogatus respondisset, de persona ad personam non fiat extensio.

Quia respondetur procedere, cum nulla in te-
66 stamento mentio † legatur de persona ad quam fit extensio Franc. decis. 91. nu. 23. & 25. ex Aret. Mar. Ant. Pereg. trac. de fideic. art. 31. nu. 10. post Bal. in l. si pater in 4. quæst. C. de instit. at hic secus est.

Nec obstat, quod sequitur filios in conditione positos ex magis communi non censeri vocatos. Quia Respondetur ex traditis supra nu. 44. & consil. meo primo nu. 93. Contrariam affirmatiuam veriorẽ esse probari.

Quam affirmatiuam, licet etiam minus com-
67 munem, tamen eam veram † probat formalis textus in l. Lucius la 2. ff. de hær. inst. & defendit Menoch. lib. 4. præs. d. cap. 76. Consequenter Doctorum numero maiori
68 non obstante † dico esse sequendam. Ias. in auth. nouissima nu. 22. C. de inoffi. test. Soc. Iun. in consil. 107. nu. 40. vol. 3. Vbi dicunt
69 opiniones † non esse numerandas; sed rationibus, & fundamentis ponderandas, & illi, quæ melioribus innititur, adhærendum. Alex. in l. cum prolatis nu. 23. vers. tamen hoc limita. ff. de re iud. Abb. in cap. 1. num. 15. vers. vel posset, & ibi Feli[n]. nu. 54. extra de constit. & ibi Dec. in 1. lect. nu. 29. & consil. 263. nu. 6. Cotta in suis memorabil. in verbo opinio cõis. Verar. in loco ab auctoritate nu. 13. Ad quod est textus formalis in l. 1. §. sed neq; C. de vet. iur. enucl. vbi sic sanciuit Imperator: Non ex multitudine Authorũ, quod iustius, & æquius sit iudicandum fore, cũ possit vnius, & deterioris sententia multos, & maiores superare

Respondetur tertiò frustra de veritate prædictæ conclusionis hic controuerti, cui antedictæ Coniecturę tertia, & quarta accedũt, cum, qui in negatiua numerantur, ab ea
70 ex leui † coniectura concedant esse recedendum Crau. cons. 63. nu. 6. Soc. Iun. cons. 110. nu. 20. vers. verùm si quis, & consil. 145. nu. 36. vol. 3. Clar. in d. §. testam. quęst. 77. propè finem Crass. in d. §. fideicommissum quæst. 14. nu. 7.

Frustra eo magis superinde contenditur, cum Aureliæ prædictæ transmissionis beneficiũ sufficiat, supra facilius concessum nu. 57.

Non obstat sequens amplificatio, quòd debebent prædicta cessare, cum visus sit testator verbo (superuiuens.)

71 Quia Respondetur istã transmissionem † esse fauorabilem Soc. in l. qui duos nu. 25.

in

in fi. ff. de reb. dub. Adeò vt ex ipsis coniecturis inducatur, † etiam, quòd testator
72 sic fuerit locutus Crau. consil. 306. nu. 3. in fi. Dec. consil. 369. col. 2. Crass. in dicto §. fideicommissum quęst. vlt. nu. 3. Iaf. conf. 154. in fi. lib. 4. Burs. cõs. 71. nu. 7. in fi. lib. 1.

Non obstat, quod sequitur ad efficatioris coniecturæ destructionem, nempè prohibitionem tanquam sine causa non valere,

Quia Respondetur, quòd cum respiciat vtilitatem liberorum positorum in conditione,
73 quorum sola contemplatione† facta censetur Alba consil. 7. nu. 13. Castr. conf. 355. in fi. lib. 2. Cach. consil. 40. nu. 5. ad fi. Cur. Iun. consil. 121. num. 1. vers. cum igitur.
74 Per consequens illud in causa † est, vt prohibitio valeat l. filiusfam. §. diui de leg. 1. Cur. Iun. conf. 121. nu. 1. Cap. consil. 9. in fi. Octau. Cach. d. consil. 40. nu. 5. in fi. Rom. comm. concl. lib. 4. tit. de fideicom. concl. 9. nu. 2. & 30. latè traditur loco 7. recep. sent. tit. 7. cap. 3. Tantò magis cum testator voluerit testamentum valere omni
75 melioti modo, per quam clausulam † prohibitionem eorum contemplatione censeri factam, & valere tradit Ioseph. Rust. in comm. an positi in cõditione cap. 6. nu. 23.

Non obstat tertia principalis, & vltima oppositio sumpta ex instrumento diuisionis: quia pluribus omissis hæc est responsio, per nullam diuisionem quibuscunq; clausulis prægnantem, vel pactis, vel iuramento val
76 latam censeri renunciatum † fideicommissi, quod diuidentes ignorabant Bart. in l. qui Romę §. duo fratres nu. 18. in 5. Quæst. de verb. obl. & ibi cœteri omnes, & in l. de his ff. de transf. Adde Crau. consil. 192. nu. 6. vol. 2. Ioseph. Lud. decis. 19. nu. 12. Gui. Pap. decis. 232. num. 2. Mascar. trac. de prob. concl. 776. nu. 9. Rom. lib. 4. tit. de fideicom. concl. 1. nu. 21 Eas autem igno
77 rasse † cum essent sui hæredes, iuris præsumptio est Soc. dicto §. duo fratres nu. 106 & 161. Ripa nu. 51. Iaf. nu. 56. Ioseph. Lud. decis. 19. nu. 14. Mascar. trac. de prob. concl. 780. nu. 3. Alex. consil. 3. nu. 4. vol. 3.

Ex quibus vt supra ad fauorem dictæ Aureliæ concludo.

Ego idem Schenardus.

SVMMARIVM.

1 *Statutum prohibens alienationem in forenses censetur etiam excludere præscriptionem quamquam longissimam.*
2 *Duplex prohibitio fortius præscriptionem impedit.*
3 *Faciens contractum statuto prohibitum dicitur in mala fide.*
4 *Malæfidei possessor nullo tempore præscribit.*
5 *Statutum prohibens alienationem in forenses non habet locum in eis, qui in loco statuti habitant.*
6 *Actioni non adhuc competenti non censemur renuntiare.*
7 *Agentes Communitatum non possunt alienare ius liquidum communitatum, nec de eo compromittere.*
8 *Arbitramento facto de ea re, de qua non potuit compromitti, nõ tenemur stare nu. 9.*
10 *Geminata alienationis prohibitio operatur in casu, etiam alias de iure permisso.*
11 *Vniuersitatibus quemadmodum minoribus aduersus rem Iudicatam conceditur restitutio.*
12 *Etiam aduersus plures conformes constito de earum Iniustitia.*
13 *Vniuersitates vtuntur in beneficio restitutionis iure minorum.*
14 *Arbitrijs standum est.*
15 *Renuntianti ius suum non datur postea ad illud iterum regressus.*
16 *Renuntiatio quæ fit, vt à lite recedatur, est omnino servanda.*
17 *Renuntians retractum non potest ad eum deinde reuerti.*
18 *Rescriptum principis cum prægnantibus clausulis ex certa scientia motu proprio &c. supplet omnem defectum, etiam ad præiudiciũ tertii, & Communitatis, iuris ciuilis, vel positiui.*
19 *Senatus Rempublicam repræsentans dicitur princeps.*
20 *Statutum prohibens alienationem non comprehendit alienationem factam ex necessitate laudi.*
21 *Declaratur proxima dicta cõclusio procedere in laudo, cui præcessit compromissum necessarium*

Non obstat quartum dubium, quia hoc fidei-
102 commissum † reciprocum, & reale supra probaui, quibus ibi allegatis, me remisisse sufficiat cum Marz.consil. 40. nu. 10. post Albam consil. 93. nu. 2.

Cessat etiam cùm testator substituerit sibi, &
103 D. Nicolao † descendentes in medietate, vt infra ex Socin. deduxi vers. Confirmatur nu. 117.

Non obstat quòd sequitur de duobus ad reciprocam substitutionem requisitis in præsenti testamento ommissis; Quia Respondetur (licet etiam ex eo, quod scripsi supra vers. quandoquidem nu. 48. videatur præsens superflua disputatio, Respondere tamen proderit, vt defensores sint quocunq; dispu tãdi prætextu destituti) quod immò in hac quinta substitutione ambo requisita virtualiter, & interpretatiuè interuenerunt, quæ
104 † sic interuenire satis esse consuluit Cach. consil. 22. nu. 14.

Ab vltimo moriente ergo facta virtualiter elicitur, cùm post eorum descendentium om
105 nium † mortem vt infra nu. 107. multò magis cùm & in tota illa medietate, vt infra vers. quod autem in tota nu. 116. ostendam, facta fuerit, quod sufficere, ac si dictũ fuerit vltimo morienti, dicit Soc.Iun. cons. 151. nu. 6. & nu. 9. vbi de communi post Cur. vol. 2. & consil. 145.nu.40.in 3. Paris. consil. 43.nu.53. vol. 2. Ias. cons. 33.nu.2. vol. 1. Cur.Iun.cons. 11.nu. 5.vers.Secundo principaliter, & cõs.43.nu. 5. vers.nam ibi. & consil. 156.nu.2. Cach. dicto consil. 22. nu. 18. multi, quos refert Ceph. cons. 114. nu. 27 vol. 1 & Decia. consil. 3.nu.69. lib. 1.& consil.44.nu. 61. vol. 3

Maximè vbi tales essent isti nepotes D. Nicolai, qui istos D. Margaritæ filios, ex testa
106 toris mente verisimili [illegible] excluderent, vt firmat Cur.Iun.cons. [illegible] Soc. Iun.cõs. 110.nu.35.vers.& quan[illegible] tit. [illegible] Decian. consil. 3.nu.69.vol. 1. Paris. dicto cons.43. nu. 53. Tales autem esse supra probaui, vti in hac medietate prædilectos sub septima coniectura auctoritate Ruin. & aliorum, licet non sint descendentes testatoris, nec inuicem ab intestato successibiles.

Post omnium verò mortem factam constat,

107 Tùm ex natura † indefiniti sermonis, qui æquipollet, vt in specie Paris. cons.43.nu. 53.vers. de mente vol. 2. Tùm propter copulam ibi, & propter eius, vel earum de-
108 scendentes, quibus † requiritur vtrumq; impleri, scilicet, quòd & filiæ, & descendentes ex eis, & D. Nicolao prius nullo superstite deficiant: l. si hæred. plures de con dit. instit. l. si quis ita stipulatus ff. de verb. oblig. l. si is, qui ducenta §. cum ita in fi. de reb. dub. Bart. in l. quidam testamento nu. 2. de vulg. Vasq; de success. progres. §.24. nu.36.Rui.cons.96.nu.18.vol.2. Tum propter alteram copulam sexti gradus, ibi sic
109 etiam quæ † illam dictionem (omnes) in vtroq; gradu facit censeri repetitam, l. Seia §. Gaio ff. de fundo instruc. & extrema æqualia esse requirit d.l. si hæredi plures. & l. 1. & 2.ff.de pecul. Decian.d.consil.31.nu. 115. Tùm propter substitutionum naturã, quæ vult vnam ab altera suppleri, vt supra dixi in sexta coniectura.

110 Sic enim etiam dicimus vnam partem † testamenti per alteram declarari, in qua nõ datur rationis diuersitas, vt in casu nostro, Rui.consil. 149.nu.9.& 11.ad fi.vol.2.Soc. Iun. consil. 135. nu.6. vol. 1. Ceph. consil. 313.nu. 47.vol.3. Decian. consil.7.nu.56. vol. 5. & consil. 31.nu.138.vol.1.& consil. 44.nu.21. lib. 3. Quod maximè verum est præsenti hoc in testamento, quo eadẽ præcedit vniuersalis in gradu secundo, quæ
111 † propterea in altero licet medio subintellecta venit Ceph.cons.114.nu.17.vol.1. Tùm etiam propter terminum collectiuũ
112 (descendentes,) qui † vniuersalem illam virtualiter comprehendere scribit Decian. consil.41.nu.66.vol. 1. Ceph. consil. 313.
113 nu. 52. vol. 3. vbi elicitur, quòd donec † aliqui adsint de ipsis descendentibus D.Nicolai, reliqui censentur perpetuò exclusi; Maximè cum, vt supra dixi, sit testatoris
114 voluntas pro eis † contra substitutos quinti gradus præsumenda Bart. in l. quidam in testamento ff. de vulg. Butr. consil. 31. visis consilijs per totum.

Nec obstat, quòd dicere sciuisset, si voluisset testator vt ex Decia.alleg. cons. 26. nu. 36. Quia respondetur satis dictum expressè,

cum

115 cum † ex ratione, & mente testatoris col
ligatur, vt idem Decian. respondit consil.
28.nu.23.vol.2.

Quòd autem tota illa D. Nicolai hæreditas
filiabus relicta, & facta intelligatur, cum
116 † in illo quarto gradu specificet testator
medietatem, quæ in illo quinto gradu cen-
setur repetita continuari Tex.sunt aperti in
l. cohæredi §. qui discretas ff.de vulg.Dec.
consil. 412.nu.1. vers. & hoc idem Ruin.
consil. 160.nu.24.vol.2. Ias. consil. 33. col.
fin.vers.quia & fine vol.1.Cuma. consil. 3.
testator nu.3.& per totum Ceph.cons.478
nu.23.lib.4. & Clarius per Soc. Iun.consil.
145.nu.40.vol.3.Confirmatur ex eo,quòd
117 † sibi etiam substituit, quòd totam infert
secundum Soc. Iun. dicto consil. 145.num.
42. vers. sed quicquid lib. 3.

Colligitur etiam ex alienationis prohibitione
extra Descendentes hæredum, per illa ver
ba, (& non in alios) de qua supra dixi in
decima coniectura, quæ prohibitio facit
118 † ipsos substitutos videri in toto gl. in l.
titia Seio §. libertis in verbo vendatis supra
allegatis cum Ripa.

119 Et ex eo, quod vult bona † perpetuò re-
manere apud eos descendentes, quod, de
tota testatorem sensisse, significat Menoch.
lib.4. præsum. cap. 62.nu.12. Paris. consil.
43.nu.53.lib.3. Cur.Iun.consil.43.nu.2.&
5. Ceph. consil. 522.nu.8. lib. 4. Io. Dilec.
de arte test. tit. 5.cau.28.nu.3. Idem Curt.
consil. 139. nu. 8.

Et ex relatione illa in fine posita ibi (ita, & ta-
liter quòd dicta hæreditas,) quæ relatio,
120 (dicta,) facit † totius præcedentis gradus
repetitionem in sequẽti gradu Decia. cons.
1. nu.269. facit & consil. 3. nu. 72. vol. 1.

121 Et clausula illa facit singula † singulis in-
esse, vt in similis ait Io. Bap. Plott.cons.86.
122 nu.19. Quoniã † ipsa clausula singulis,&
omnibus præcedentibus gradibus inest argu.
l.3.§.filius inter medias ff. de lib. & posth.l.
1.C.de lib.pręt.Rom.cons.480.nu.3.Aret.
consil.116.nu. 1.& 2.

Ita vt ex prædictis, & ab vltimo moriente, &
in tota hæreditate descendentibus ex filia-
bus D. Nicolai relicta appareat quintum
gradum substitutionis esse factum, vndè in-
ter contentos in quarto concluditur Reci-
proca.

Ex quibus corruit, quòd sequitur quintum gra
dum admittendum quarto perempto; cùm
suppositum sit falsum extantibus istis duo-
123 bus de prædictis descendentibus, qui †
quartum adhuc faciunt durare gradum ex
allegatis adde Vasq. de success. crea. &
prog.§. 24.nu. 19.

Corruit & quod sequitur ex deffectu dictio-
nis (omnes) ad quod supra iam præcessit
responsio.

Nec obstat, quod de iure intestat. hæredis,
apud quem stare debeat in pendenti, sub-
ijcitur. Quia respondetur non procedere
in casu nostro, in quo innumera adiungun-
124 tur, quæ fideicommissum reciprocum †
immo reale, & absolutum ostendunt, vt
ex serie totius Consilij Albæ 31. constat,
quo hæreditatem vult stare in pendenti,
remoto Reciprocò.

125 Generale enim est causam intestati † si-
lere, testati subsistente causa l. quandiu ff.
126 de acq.hære. prohibitionemq́ sequentẽ,†
realem, ne fit superflua successionem ab in-
testato impedire. Dec. consil.23.nu.6. Rui.
consil. 119.nu.6.vol.2.& consil.143.num.
127 16.vol.3. Et existente substituto † ab in-
testato non succedi Cach.consil.22.nu.20.
Burs. dicto consil. 202. nu. 20. & 28. Ma-
ximè in casu nostro,quo testator vtitur ver
128 bo (remaneant,) quod † est continuum
Decia. consil. 7. nu. 85.vol.5.

Non obstat,quod ad rationem generalem op-
ponitur ex consilijs Decij,& aliorum. Quia
respondetur Deciũ sibi contrariari in cons.
38.nu.2.cons.23.nu.5.vers.octauo,& cons.
129 481.nu.5. Qua ratione † ac aliorum mul
torum auctoritate cum reprehendit Ceph.
consil.134.nu. 36. & 37. Secutus Iasonem
consil. 108. vol.4. quod tradunt omnes in
l. filiusfamilias §. Diui, de leg. 1. teste De-
cia. consil 41.nu.98.vol.1. & idem legitur
in additionibus ad eundem Decium consil.
227. Burs. consil. 12. nu. 40. vol. 1. Idem
Decian. consil. 41.num.121. vol. 1. Cabal.
mill. Iuris cap. 462. Apud quos latè de vi
illius rationis ampliatiua.

Nec obstat, quòd videretur confirmari oppo-

sitio ex relatione sequenti, ibi vt supra di-
130 spositum est. Quia respondetur illud † ad immediatè præcedentem masculorum prærogatiuam referri, non ad præcedentē generalitatem fauorabilem restringendam Ceph. consil. 394.nu.40. Decian. d.consil.
131 41.nu.147. Quam† etiam sic intelligendo redderet inutilē Bart. in l. talis scriptura §. 1.& 2.nu.3. vers. item de leg. 1.

Sequentem autem retorquetionem iam supra destruximus in septima coniectura versic. consequenter, & istos nu. 74.

Et consequenter defensio possidentis ex iure tertij corruit, cùm nullum ius ad filios D. Margaritæ, sed ad hos solum pertineat, vt
132 constat ex prædictis. Vltra † quod & responderi potest cum Crau. consil. 269.nu. 8. Iuris tertij, non per eum deducti, rationem non esse habendam.

Non obstat vltimò, quòd gradus consanguinitatis computando opponebant ex §.nos igitur in auth. de rest. fid.

Quia respondetur illud non procedere, quando testator vsus est nominibus collectiuis, & infinitis, vt descendentes, & descenden
133 tium descendentes, quia tunc † transit ad decimum gradum, & vlterius etiam. Alba. consil. 51.nu.6.& 7.lib.1.Paris.consil.51.nu. 8. vol. 2. & consil. 72.nu.82. vol.4. quibus plures addit, quicquid ipse teneat Decian. consil.26.nu.23.vol.2. Crass.in §. fideicommissum quæst. 19.nu.3.& 4. quod probatur in l. cum ita §. in fideicomm. ff. de leg. 1. Qui tex. licet loquatur de fideicommisso re
134 licto familiæ, nihilominus idem † est de relicto descendentibus, vt dixi supra vers. Quod idem nu. 34. prout loquitur & Decian. vbi supra & firmat Ceph. consil. 258. nu.29.vol.2.

Iuncta præcipuè dictione (perpetuò,) qua
135 † ad vlterius gradus fideicommissum extendit Ceph.consil.114.nu.3. & consil.134. nu.30.vol.1. Decian. consil. 20.nu.39.& 40.vol.2. & consil. 7. nu.22.vol.5. In quibus locis traditur per illam dictionem (perpetuò) induci fideicommissum etiam per infinitos gradus.

Quibus sic stantibus, concludo hæreditatem eiusdem Vrsulæ nullo modo apud Patrem intestatum hæredem remanere posse; sed dictis Antonio, & Violanti D. Nicolai descendentibus, & fideicommissarijs. Et de-
136 inde †ipsis sine liberis, & descendentibus mortuis, esse filijs & descendentibus D. Margaritæ vltimo loco substitutis restituendam, iuxta tradita per Decian. consil. 41.
137 nu. 51. vol. 1. Quorum etiam obseruans † taciturnitas ipsam testamenti arguit interpretationem, cum non sic Domino Nicolao sine masculis defuncto de altera medietate tacuerint Ceph. consil. 134. nu. 6. Decian. consil. 31. nu. 151. & seq. vol. 1. cum alijs per eos relatis.

Io. Franciscus Schenardus I. C.

SVMMARIVM.

1 VXor potest omnia sua bona tacitè, & expresse dare in dotem Marito nu. 2

3 Bona subiecta fideicommisso non possunt alienari.

4 Fallit ex causa dotis.

5 Ampliatur fallentia, etiam quod fideicommisso sit adiecta expressa alienationis prohibitio.

6 Ampliatur præcedens ampliatio, etiam quòd in prohibitione fuerit expressa etiam causa dotis.

7 De legittima omne reicitur onus.

8 Bona fideicommissi ex causa dotis alienari possunt etiam vltra legittimam.

Et etiam vltra duas quartas nu. 8.

9 Ampliatur etiam cum pacto lucrande dotis posse alienari.

10 Bona alienata propter dotem non reuertuntur amplius ad fideicommissum.

11 Ius superueniens venditori alienationem præcedentem confirmat.

12. Fideicommissum conditionale efficitur caducum decedente vocato, pendente conditione, adeo vt nec ad descendentes transmittatur spes fideicommissi nu. 13.

14. In fideicommissio non sit extensio de persona ad personam, de qua etiam testator interrogatus respondisset.

15 Filios in conditione positos non censeri vocatos ex communi, contra ex magis communi num. 44.

16T6

16 Testator substituendo superuiuentem censetur in conditione positos omnino etiam à spe transmissionis excludere.

17 Testator prohibendo alienationem grauatis sub conditione, ostendit voluntatem, quòd bona deueniant ad positos in conditione.

18 Prohibitio alienationis sine causa facta in testamento non valet.

19 Positi in conditione quando censentur vocati, intelligitur in portionem eius tantum, cui conditio eorum adiecta est.

20 Fideicommissum censetur diuisione verbis vniuersalibus, & pragnantibus facta remissum.

21 Iuramentum appositū in diuisione habet vim renuntiationis fideicommissi.

22 Iuramentum habet vim specialis renuntiationis cum speciali mentione eius, quod in generali renuntiatione non veniret.

23 Substitutio vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum facta est etiam fideicommissaria, & potest ex ea substitutus venire.

24 Bona subiecta fideicommisso non possunt alienari.

25 Regulam qui habet, fundatam habet intentionem.

26 Fideicommissarius etiam sine restitutione reuocat bona alienata fideicommissi.

27 Filia nupta non potest ex bonis fideicommissi sibi augere dotem.

28 Dos debet cum legittima commensurari.

29 Si legittima sufficit ad dotem, vt dignè nubat, non potest vltra legittimam in bonis fideicommissi constituere dotem.

30 Fideicommissi bona etiam vltra legittimam causa dotis, vt possit dignè nubere, alienari possunt, tamen intelligitur pro modo honestati congruo.

31 Congruitas dotis sumitur ex viri boni arbitrio.

32 Ratio dignè nubendi cessat in iam nupta.

33 Bona fideicommissi non possunt vltra dotem alienari, nisi in subsidium, alijs non existentibus bonis.

34 Probandi onus incumbit mulieri alienanti, hoc est alia bona non extare.

35 Bona fideicommissi expresse etiam prohibita alienari non possunt, nec etiam ex causa dotis contra nu. 36.

37 Filij ex fideicommisso detrahunt legittimam, & Trebellianicam diuerso tempore concurrentem.

38 Fructus non imputantur Filijs in Trebellianicam ante moram restitutionis fideicommissi, sed post dumtaxat.

39 Fallit, si fuerit extraneus substitutus filijs.

40 Liberis primi gradus non potest Trebellianica prohiberi secundum magis communem.

41 Grauato liberum est arbitrium alienandi intra legittimam, & Trebellianicam.

42 Trebellianica quanta sit, quando legittima ad dimidiam, vel vltra secundum statuta ascendit nu. 43.

45 Positus in conditione non censetur vocatus, si datus est substitutus in pari gradu.

46 Alienationis prohibitio facta grauatis sub conditione sine liberis facit, vt liberi censeantur vocati ad totam hæreditatem testatoris.

47 Verbum (Vltimus) in substitutione positum non operatur substitutionem in toto, sed solam reseruationem successionis ab intestato.

48 Fideicommissi spes transmittitur ad filios, si coniectura extant.

49 Coniectura transmissionis Fideicommissi ad filios est, si testator eos in conditione posuerit.

50 Eadem est ratio substituendi neptem, quæ est substituendi filiam.

51 Substitutio filiæ debet extendi ad Neptem, in qua viget eadem ratio.

52 Testator interrogatus responderet velle spem fideicommissi ad nepotes positos in conditione transmitti.

53 Positi filij in conditione eo magis censentur vocati, si quando extraneus excluderet ipsos.

54 Institutio duorum simul in hæreditate coniungit ipsos re, & verbis.

55 Ius accrescendi coniunctum cum fideicommissaria substitutione operatur transmissionem pendente conditione.

56 Filij positi in conditione sub qualitate, quòd sint de legittimo matrimonio nati, censentur vocati

Transmissio fideicommissi conditionalis facilius fit, quàm quòd positus in conditione censeatur dispositiuè vocatus nu. 59.

58 Grauato non sine liberis si est alienatio prohibita, tunc liberi censentur substituti.

B 2 An

60 *An coniectura adsint sufficientes, vt dicantur vocati, seu ad eos transmissio facta, statur Iudicis arbitrio.*

61 *Fideicommissum conditionale statim, facta alienatione, purificatur, & vendicari potest non solum alienatum; Sed etiam totum fideicommissum nu. 62.*

63 *Bona fideicommisso subiecta an possint præscribi.*

64 *Alienatio etiam ignoranti facta vendicatur, hærede non existente soluendo.*

65 *Alienatio Ignoranti facta de bonis fideicommissi conditionalis non valet, si expresse prohibita fuerit alienatio.*

66 *Extensio in fideicommissis de persona ad personam ex mente testatoris quãdo fieri possit.*

67 *Positos in conditione censeri vocatos verius esse ex vera interpretatione l. lucius de hæred. instit.*

68 *Opinionem veriorem esse sequendam contra communem nu. 69.*

70 *Ab opinione negatiua positos in conditione nõ censeri vocatos ex leui coniectura, & esse recedendum concedunt Illmi Doctores, qui negatiuam secuti sunt.*

71 *Transmissio fideicommissi conditionalis est fauorabilis.*

72 *Transmissio fideicommissi conditionalis ad liberos positos in conditione fit ex coniecturis, etiã quod testator decedenti sine liberis substituisset superuiuentem.*

73 *Prohibitio alienationis censetur facta fauore, & contemplatione eorum, ad quos ex testamento, vel ab intestato peruenire debent bona.*

74 *Prohibitio alienationis sine causa expressa valet, si tamen aliquorum contemplatione appareat esse factam.*

75 *Prohibitio alienationis censetur facta fauore positorum in conditione, quando testator voluit suum testamentum valere omni meliori modo.*

76 *Fideicommissum, quod diuidentes ignorabãt, nunquam diuisione etiam iurata, & quibuscunq; prægnantibus verbis concepta, censetur renuntiatum.*

77 *Sui hæredes præsumuntur ignorare testamentum.*

ARGVMENTVM.

Bona fideicommisso subiecta in causam dotis, etiam cum pacto lucrandæ Dotis alienari posse, non obstante Testatoris prohibitione, causa Dotis etiam expressa.

Mulierem tamen nuptam ante fideicommissum Iniunctum præter legitimam, & Treb. alienare non posse probatur.

Nubendæ autem quæ quantitas distrahenda concedatur.

Rursus positi in conditione an, & quibus saltem cõiecturis vocati censeantur.

Spes fideicommissi conditionalis an, & quibus coniecturis ad filios transmittatur.

Alienationis prohibitio sine causa quà ratione defendatur.

Fideicommissum quando per Diuisionem prægnantibus verbis, & pactis censeatur remissum.

Filij primi gradus quando duas quartas detrahant, tuncq; quantum capiant ambæ.

Trebellianica an eis prohiberi possit, & an in ea fructus computare teneantur.

CON-

CONSILIVM II.

PRO AVRELIA DEL MERLO. contra D. Gratium Benzalem.

INITIVM A DOMINO.

Exoritur factum tale: Quondã Dominus Ludouicus Quadrius habens duas filias Lucretiam, & Elisabeth iam nuptas, condito testamento decessit eis filiabus hæredibus institutis hac lege, quod, si quæ earum sororum decederet absq; liberis, seu filijs, vel filiabus altera superuiuens ipsi decedenti succedat in bonis, & hæreditate per eum D. Testatorem relinquendis, & hoc vulgariter, pupillar: te, t & per fideicõmissum, quibus etiã bonorum prohibuit alienationem. Quod testamentum, voluit omni meliori modo valere. Lucretia patre defuncto, & hæreditate cum sorore partita, de dictis bonis Dotem marito, qui iam a socero aliam dotem habuerat, tertio pluri stipulato constituit.

Demum, annis viginti quattuor elapsis, aliud augmentum pacto eodem lucrando dotis marito constituit; quibus binis instrumentis omnia sua bona, seu dicti Testatoris asseritur destruxisse.

Decessit ante ipsam Elisabeth Aurelia eius filia legitima, & hæres relicta, Deinde Lucretia nullis liberis relictis.

Nunc apud me ex dicto facti themate quæritur, quid sit de hæreditate Lucretiæ, quam maritus, & Aurelia habere contendunt, iuris statuendum,

INITIVM A DOMINO.

Qvamquàm passus iste sit difficillimę resolutionis mihi potissimum adolescẽti, qui in eo, potius quã consulere, cuperem edoceri; Attamen, vt quæ in me sunt vires ostendam, me cogunt preces amicorum. Ad eam ergo passim descendens, pro dubitatione dicere incipio partes Mariti esse sequendas.

Primò quia nulla lege prohibetur vxor omnia
1 † sua bona in dotem marito conferre l. nul-
2 la vbi Bald. C. de Iu. do. Et hoc tàm † tacitè, quàm expressè vt sing. consuluit Bald. consil. 102. vers. 2. casu 3. vol. 4. & sequitur Anchar. quæst. 57. nu. 1.

Nec obstat, quòd ea bona subiecta essent fi-
3 deicommisso conditionali, quæ † alienari prohibentur l. fi. §. sed quia C. com. de leg. Quia respondetur etiam bona fideicom-
4 misso subiecta posse in causam dotis † alienari auth. res quæ C. com. de leg. Capra consil. 92. nu. 12. Alex. consil. 3. nu. 5. vol. 3. & consil. 67. nu. 5. vol. 4. Bald. nou. trac. dotium par. 6. priu. 13. Paris. consil. 52. nu. 33. vol. 2. Etiam quod fuerit fideicommisso
5 adiecta expressã † prohibitio alienationis, vt patet thomo. 3. recep. sent. Ven. Iur. loco 7. cap. 5. 7. tituli Boer. decis. 129. num. 4.
6 Dotis causa † etiam specificata (in aliorum tamen bonorum defectu) Gui. pa. decis. 96. num. 3. & Crass. post Castr. Boer. Marzar. Gui. Pa. Moder. Parisienses, & Bero. in §. fideicommissum quæst. 57. nu. 3. vers. contrarium. Hocq; non solum vsq; ad legitimam, à qua † omne onus reicitur, l. quoniam in prioribus, & l. omnimodo C. de inoffi. test. Cap. consil. 54. nu. 6. & consil.
8 106. nu. 3. Verùm etiam † vltra l. mulier §. cum proponebatur, ff. de leg. 2. & d. auth. res, quæ & vnde sumitur Soc. Sen. consil.
8 23. nu. 5. vol 3. Vltra etiam duas † quartas auth. contra eum rogatus. C. ad treb. Boer.
9 decis. 130. nu. 12. Cum pacto † etiam lucrandæ dotis Soc. d. consil. 23. nu. 5. vers. 2. loco, Crau consil. 186. nu. 4. & per totum. Quia non amplius est ad fideicommissariũ
10 † reuersura Ias. d. auth. res, quæ nu. 32. in penul. ampl. Bell. consil. 83. nu. 3.

Et confirmatur præsens ratio dubitandi ex sequenti ratione, qua attenta sequitur hæc altera conclusio, quòd ius superueniens,
11 alienationem † confirmat iam factam l. si quis alienam ff. de act. emp.

Secundo, quæ dicta sequens est ratio, Quia D. Elisabeth, pendente conditione, si sine liberis decesserit, non potuit ius istius

fideicommissi conditionalis ad filiam Aureliam transmittere, ita vt per consequens videatur sine actione fideicommisso in cau-
12 sa caduci † existente, experiri l. vnica §. sin autem C. de cad. toll. & ibi Bart. & ferè omnes & l. 1. C. de his, qui ante aper. tab. Burs.consil.71.nu.7.lib.1. Soc. Iun. consil. 54.nu.13.& cons.63.nu.1.vol.4. Soc.Sen. consil.6.nu.11.vol.3.Crass.qui magis com
13 munem etiam † in descendẽtibus testatur d. §. fideicommissum quæst. 67.nu.6.& 7. Bald. conf.216.& 254.in 1.vol.Boer.cons. 36. per totum, & multorum congerie probat M. Ant. Peregr.trac.de fideico.art.31. nu.6.& nu.16.

Non enim in fideicommissis de persona ad
14 personam † etiam ex mente testatoris, & ex identitate rationis, de qua interrogatus idem respondisset, extensio fieri põt Cach. consil.74.nu.40.

Nec vim facit, quòd filiæ filiarum fuerint in conditione positæ; quia magis est recepta
15 opinio † non censeri ad fideicommissum propterea vocatas; sed solum eis successio ab intestato reseruata gl. in l. lucius. 2. ff. de hær. instit. Et ommissis Doctorum cohortibus recitatis per Crass.in d.§.fideicommissum quæst. 13. per Dil. de arte test. tit. 5. cau.36. per Clar.in §. testamentum quæst. 77. per Menoch. lib.4. præs. cap. 76.nu.2. & 14. per Gui. Pa. decis. 39. Hanc negatiuam inter magis communes esse receptã patet thomo 3. Recep. sent. loco 7. tit. 6. cap. 6. Rom. comm. concl. lib. 4. tit. de fideicom. concl.4.nu.2. in fi. ibi tenendo primam. Cach.consil.35.nu.1. Quinimmo ea ratione videtur indubitabilis, quia testator
16 vsus est verbo (superuiuentẽ,) per quod † substitutionem de positis in conditione, seu transmissionem ad eas videri alienã à mente testatoris voluit Bald.in l.quidam nu.23. C. de vi. delib.

Nec contraria iuuari potest sententia ea ratione, quia filiabus bonorum alienationem
17 prohibuerit testator, vnde † eliciatur voluisse bona ipsis in conditione positis conseruari arg. l. titia Seio §. libertis cum gl. in verbo vendatis de leg. 2. Alba consil.7. nu. 13.l.1. Quia respondetur ad veritatem prędicti motiui esse terminos habiles supponẽdos, quòd scilicet prohibitioni sit iũcta causa, quæ cum in hoc testamento deficiat,
18 dicendum est prohibitionem † esse nullam l. filiusfa.§. diui vbi Bald. Bart. Ias. Alex.& omnes ff. de leg. 1. nullumq; consequenter sortiri effectum.

Quæ conclusio quandocunq; etiam non esset
19 vera, Contraria nihilominus in sola † matris portione procederet. Crau. consil.306. nu.1.& consil. 130.nu.5. Ceph. cons.517. nu.35.vol.4. Burs. cons. 202. nu.42.vol.2.

Tertiò principaliter pro marito facit, quia post testatorem defunctum dictæ filiæ hæreditatem diuiserunt cum promissione defensionis, ac cum pacto, & iuramento de haben da ea diuisione perpetuò rata, grata, nec contrauenire occasione iuris, vel facti, per
20 quam † huiusmodi diuisionem prægnantibus his verbis conceptam, videtur ius ultius fideicommissi remissum Alex. cons. 62.nu. 4.vol.7.Dec.consil.86.nu.4.& consil.345. nu. 3. Maximè vt dixi iuncto iuramento,
21 quòd † fideicommissi remissionem importare tradit Dec. consil.345.nu.4. Quod ex
22 eo confirmatur, quòd vim habet † expressè renunciationis, ac si fideicommissi facta fuisset specialis mentio Alex. cons. 11. col. 4.nu.16.vol.2. Soc. Sen. consil. 103. nu.6. vol. 3. qui dicunt sic limitari l. de his ff. de trans. vbi Ias.nu.11.Dec. dicto consil.345. nu.4.

His tamen minimè obstantibus, mea est sententia contraria, nempè hæreditatem præfati D. Ludouici, & successiuè prædictæ D. Lucretiæ ad dictam Aureliam virtute dicti testamenti pertinere, Meq; in eam partem ducunt. Primo illa verba: (succedat altera ipsi decedenti pupillariter, vulgariter, & per fideicommissum,) quibus veri-
23 bis † inter eas sorores institutas inductam fuisse etiam fideicommissariam substitutionem testatur Bart.in l.centurio nu.38.vers. idem si testator ff. de vulg. & pup. Gui.Pa. decis. 532. Crass. dicto §. fideicommissum quæst.3.nu.4.& alij, quos supra cons.1.nu. 38.allegaui ad eamq; substitutionẽ Aureliã esse à testatore vocatam inferius clarè probatur in responsione ad secundam principalem

palem oppositionem num. 44. & sequentis Quo presupposito vulgata succedit regula
24 † bona fideicommisso subiecta nō potuisse alienari l. fi. §. sed quia C. com. de leg. Bell. consil. 80. num. 21. And. Geil. lib. 2. obs. cap. 237. nu. 2. Vasq. trac. de success. progress. §. 28. nu. 2. & vers. quarto. Et qui ha
25 bet regulam pro se † fundatam habet intentionem l. ab ea parte ff. de prob. Bart. in l. 2. nu. 23. ff. si quis in ius voc. Dec. consil. 8. in prin. Vnde per ipsam Aureliam, ius istius fideicommissi habentem, vt infra dicetur, ea bona, quæ alienari non potuerunt, sine
26 restitutione vendicari † iure possunt l. cum pater §. libertis, & l. peto §. fratre ff. de leg. 2. Bell. d. consil. 80. nu. 22. Et ex infrascriptis suppl etur præsens conclusio.

Non obstat modo prima oppositio, quòd non prohibeatur mulier omnia bona dare in dotem: Quia respondetur id verum, nisi bona sint restitutioni subiecta iun. vulgarib. & allegat.

Non obstat sequens oppositio, quòd etiam bona ista potuerint ex dotis causa alienari. Quia respondetur hoc non procedere in casu præsentis testamenti, in quo D. Lucretia iam erat nupta cum dote à patre constituta, quo stante non potuit de dictis bonis,
27 sibi augere † dotem §. hæc igitur in auth. de rest. & ea quæ parit Rol. à Valle consil. 85. nu. 35. lib. 1. Menoch. lib. 4. præs. cap. 189. nu. 160. Dec. consil. 376. num. 1. in fi. Ias. in dicta auth. res quæ nu. 32. vers. quinto extende: Multoq; minus illud geminare augmentum in fideicommissi euersionem dicto §. hæc igitur; facit quod fortius voluit Bart. in dicta auth. res quæ nu. 6. quòd pater grauatus nō potest do tare filiam iam nuptam, quem sequitur ibi Ioan. de Imola, & Salic. Verum in hac ratione nostra nō insisto ex traditis per Ias. Ibi nu. 14. facit etiā ad propositum, quod Dos regulariter cum
28 sola legittima † commensuratur Ias. in dicta auth. nouissima in fi. Alex. consil. 69. nu. 2. vol. 1. Dec. consil. 26. nu. 4. & cons. 181. nu. 5. & consil. 276. nu. 2. & per totū. & consil. 376. col. penultima Bened. Capra consil. 88. nu. 9. & cons. 89. num. 19. Bell. dicto consil. 83. nu. 10. Bertran. consil. 161. vol. 3. Confirmatur responsio cum nec id ante matrimonium contractum ei pro suo
29 arbitrio licuisset; sed quatenus dumtaxat † legittima non sufficeret, vt condignè nubat, vt expressus est tex. in dicta auth. res quæ ibi. sed si liberis portio legittima non sufficiat, & in corpore vnde sumitur ibi si non suffecerit pars legittima ad dotis oblationem; Sicq; per eos tex. docet Roman. consil. 231. in prin. Ant. Rub. consil. 124. nu. 5. Capra cons. 92. nu. 12. Alex. consil. 7. nu. 7. vol. 2. Et eo casu etiam, quo legittima non sufficit, adhuc non potest de dictis bo-
30 nis nisi congruè † disponere dicta auth. res quæ ibi pro modo honestati congruo Bald. nouel. tract. dot. par. 6. priuileg. 13. Bell. vbi in terminis consil. 83. nu. 9. & quæ dotis
31 congruitas boni viri † determinatur arbitrio Bart. in dicta auth. res quæ, quem ibi sequuntur omnes per l. quæro ff. de iur. dot. Capra cons. 165. nu. 5. Cur. Iun. dicta auth. nu. 10. Ioseph. lud. decis. Perus. 21. nu. 58. Bello. vbi supra. Quæ tamen, inquàm cessa-
32 sant † cum ratio dignè nubendi cessaret in ea alleg. §. hæc igitur. Bart. in l. obligamur ff. de act. & oblig.

Respondetur secundò dictam oppositionem procedere, alijs non existentibus bonis, cū beneficium dictæ (authenticæ res quæ,)
33 sit subsidiale † tantum Bell. cons. 83. nu. 8. Ioseph. Lud. Perus. decis. 71. nu. 21. Cuius
34 negat. probationem † incumbere mulieri alienanti testatur idem Lud. ibi nu. 4. Bell. ibi nu. 7. vers. debent itaq; referens Bertran. cons. 161. vol 3. Marzar. trac. de fideicom. par. 2. vers. quadragesimo quæritur in verbo, sed quod immo Francus decis. 241. nu. 2. Alios tamen in contrarium refert sequentes Alex. Raud. decis. Pisana 31. nu. 271. & decis. 29. nu. 177.

Respondetur tertiò oppositionem ante dictā eo casu sortiri effectum, quando simplex sit alienationis prohibitio, quæ ex natura fideicommissi resultat, secus cum duplex sit vna legis, altera testatoris, vt præsenti testamento; tunc ea bona non posse alienari etiam
35 ex ea causa dotis † voluere Bald. in c. 1. §. donare in prin. qual. feuda poss. alien. Ias. in l. filiusfam. §. diui nu. 66. & in secunda le-

operari in toto, dicto §. libertis cum gl. in verbo vendatis, cuius textus inductio patet, quia Iurisconsultus non poterat se fun-
47 dare in verbo (vltimus) quod † solum intestatæ successionis operatur reseruationẽ l. vel singulis ff. de vulg. cum qua gl. tandem transit Rip. in d. §. cum ita nu. 17. vers. Tu ergo, & nu. 18. vers. nisi respondeas Pereg. trac. fideicom. art. 28. nu. 17. vbi fortius, quando prohibitio à solo ducitur contrario sensu.

Respondetur secundò principaliter ad secundam principalem oppositionem si non fuit dispositiuè vocata: spem prædicti fideicommissi Elisabeth Matrem ad filiã saltem transmisisse, pro cuius veritatis probatione præmitto fideicommissum conditionale ad fi-
48 lios, si coniecturę † concurrunt, transmitti Bal. in l. vnica nu. 10. C. de his, qui ante. Soc. Iun. consil. 146. nu. 5. vol. 2. & cons. 75. nu. 35. & cons. 89. nu. 19. vol. 3. Soc. Sen. cons. 6. nu. 12. vol. 3. Ias. cons. 233. col. 1. vol. 2. Burs. consil. 71. nu. 7. lib. 1. Boer. decis. 155. num. 18. vers. & singulariter Ioseph. Lud. decis. 102. nu. 1. & 2. Dilec. de arte test. tit. de subst. caut. 26. in fi. Gabriel. Rom. lib. 4. tit. de instit. hær. concl. 2. nu. 19. vers. tenendo primam, & traditur loco settimo receptarum sententiarum tit. 6. cap. 6. versic. limitatur.

Consequenter ergo mater prædicta spẽ istius fideicommissi ad Aureliam transmisit, cui sequentes coniecturæ patrocinantur.

49 Prima est eadem conditio † prædicta, in qua neptis ista posita est, quæ saltem transmissionis est coniectura Bald. in l. si pater in 4. quæst. C. de instit. & in d. l. vnica nu. 10. inductus per Dec. consil. 594. nu. 7. & consil. 397. nu. 6. & consil. 515. nu. 1. Soc. Sen. co. sil. 6. nu. 12. & cons. 104. nu. 9. vol. 3. & in l. hæredes mei §. cum ita nu. 10. in fi. & 11. ff. ad trebell. Ias. consil. 231. col. 1. in fi. vol. 2. Crau. consil. 306. nu. 4. Cum consil. 13. Fulg. consil. 15. col. 2. vers. superest Ioseph. Lud. decis. 102. num. 12. Mant. lib. 11. de coniect. vlt. volunt. tit. 20. nu. 17. Rom. lib. 4. comm. concl. tit. de hæred. instit. concl. 2. nu. 35.

50 Cum enim eadem ratione † contineatur neptis, qua cõtinetur filia vt scribunt Crau. consil. 155. nu. 9. Ias. consil. 203. col. 2. nu. 1. vol. 2. & consil 233. col. 1. & cons. 142. num. 5. vers. nono vol. eodem Fulg. dicto consil. 15. col. 2. vers. superest altera.

51 Meritò debet † matris substitutio ad Aureliam extendi Crau. consil. 130. nu. 7. Idem enim & testator interrogatus respondis-
52 set, † quod ideò censetur expressum, vt in spetie de spe fideicommissi ad filiam transmittendi tradit Paris. consil. 77. vol. 2. & consil. 50. vol. 3.

Quod multò magis in præsenti casu admitti
53 debet, quo D. Gratius extraneus † est, nulloq; casu a testatore substitutus ex traditis in fortioribus per Anchar. consil. 74. incipiente contra Philippum Rui. consil. 139. nu. 19. vol. 3. Crau. consil. 326. nu. 3. Rom. de hær. inst. conditione nu. 21.

54 Altera est coniectura, quia à principio † ipsæ Dominæ sorores fuerunt in institutione re, & verbis coniunctæ iuxta omnium doctrinam in l. re coniuncti ff. de leg. 3. Inter quas per consequens erat locus iuri accrescendi l. vnica, & ibi omnes C. quando non peten. par. accresc. Quod cum esset ipsi fideicommissariæ substitutioni coniunctum
55 eius quamquam conditionalis operatur † transmissionem sic per l. qui. patri. ff. de acq. hæred. tradiderunt Soc. in d. l. hęredes mei §. cum ita nu. 13. & consil. 6. nu. 13. vers. confirmatur vol. 3. Alex. consil. 20. num. 7. vol. 1. Ceph. consil. 16. nu. 45. & cons. 283. nu. 26. Ioseph. Lud. decis. 102. nu. 2. Menoch. lib. 4. præs. cap. 76. nu. 52. Burs. cons. 71. nu 14. vol. 1.

Tertia est, cui dicitur non posse responderi, quia testatrot filias filiarum in conditione posuit sub ea qualitate, quòd sint de legit-
56 timo matrimonio natæ, † quæ ipsas facit ex testamento vocatas Soc. Iun. cons. 145. nu. 19. & consil. 110. num. 27. vol. 3. Ergò multo magis facit fideicommissi spem ad
57 eam transmissum esse; nam † transmissio facilius conceditur Crau. consil. 62. in fi.

Vltima est, & quam ego potentiorem existimo: Quia testator istis filiabus institutis, & inuicem substitutis bonorum alienationem
58 † expressè prohibuit, quæ vt neptis in con ditione

ditione posita vocata censeatur, efficacissima est coniectura, vt supra dictum est nu. 17. quibus adde Soc. Iun. cons. 1. num. 22. vol. 3. Boer. decis. 155. nu. 25. vers. & hoc quando. Menoch. lib. 4. præs. cap. 76. nu. 41. Ergò multò magis, vt dixi cum Crau. ef-
59 ficax est, vt spes † fideicommissi transmittatur, quod & legitur loco septimo recep. sent. tito. de fideicom. cap. 7. versic. Sexta itidem.

In quibus omnibus coniecturis maximè iudi-
60 cis † arbitrium versari refert idem Boer. d. decis. 155. nu. 18. Pet. Surd. Mant. decisione 162. nu. 11.

Respōdetur tertiò ad eandem oppositionem, quæ fuit secunda principalis, quòd facta per eam D. Lucretiam alienatione, vltra quod esset de iure permissum, statim conditionale fideicommissum, non expectata
61 † morte grauati, purificatur, & per fideicommissariam statim vēdicari potuit. Ferd. Vasq; trac. de success. progres. §. 28. nu. 12. Guid. Pap. decis. 601. post gl. & alios per eos relatos, & non solum, quod est aliena-
62 tum; sed omnia bona † restitutioni subiecta tanquàm ab indigno Anch. quæst. 72.
63 nu. 34. Nulla etiam præscriptione † obstante Ferd. Loaz. in dicta l. filiusf. §. diui nu. 101. Relatus loco septimo recep. sent. tit. septimo cap. 5. vers. res prohibita, & ante eum Ias. in dicta auth. res quę nu. 2. Saltem longi temporis Crass. dicto §. fideicommissum quæst. 56. nu. 7. Maxime ea D. Lucre-
64 tia † aliter non existente soluendo, vt ibidem Ias. nu. 2. vers. [illegible] Attento etiam,
65 quòd fuit † prohibit[illegible] [illegible] Mascar. trac. de prob. conc[illegible] 79. [illegible]. 2. Ergo etiam filia hęres eadem actione transmissa ex purificato fideicommisso rectè vtitur l. quidam ita ff. ad treb. l. si in persona C. de fideicom. l. 1. §. sin autem sub conditione [illegible] C. de cad. toll.

Non obstat quòd in fideicommissis etiam ex mente testatoris, & rationis identitate de qua testator interrogatus respondisset, de persona ad personam non fiat extensio.

Quia respondetur procedere, cum nulla in te-
66 stamento mentio † legatur de persona ad quam fit extensio Franc. decis. 91. nu. 23. & 25. ex Aret. Mar. Ant. Pereg. trac. de fideic. art. 31. nu. 10. post Bal. in l. si pater in 4. quæst. C. de instit. at hic secus est.

Nec obstat, quod sequitur filios in conditione positos ex magis communi non censeri vocatos. Quia Respondetur ex traditis supra nu. 44. & consil. meo primo nu. 93. Contrariam affirmatiuam veriorē esse probari. Quam affirmatiuam, licet etiam minus com-
67 munem, tamen eam veram † probat formalis textus in l. Lucius la 2. ff. de hær. inst. & defendit Menoch. lib. 4. præs. d. cap. 76. Consequenter Doctorum numero maiori
68 non obstante † dico esse sequendam. Ias. in auth. nouissima nu. 22. C. de inoffi. test. Soc. Iun. in consil. 107. nu. 40. vol. 3. Vbi dicunt
69 opiniones † non esse numerandas; sed rationibus, & fundamentis ponderandas, & illi, quæ melioribus innititur, adhærendum. Alex. in l. cum prolatis nu. 23. vers. tamen hoc limita. ff. de re iud. Abb. in cap. 1. num. 15. vers. vel posset, & ibi Felin. nu. 54. extra de constit. & ibi Dec. in 1 lect. nu. 29. & consil. 263. nu. 6. Cotta in suis memorabil. in verbo opinio cōis. Verar. in loco ab auctoritate nu. 13. Ad quod est textus formalis in l. 1. §. sed neq; C. de vet. iur. enucl. vbi sic sanciuit Imperator: Non ex multitudine Authorū, quod iustius, & æquius sit iudicandum fore, cū possit vnus, & deterioris sententia multos, & maiores superare.

Respondetur tertiò frustra de veritate prædictæ conclusionis hic controuerti, cui antedictæ Coniecturę tertia, & quarta accedūt, cum, qui in negatiua numerantur, al[illegible]
70 ex leui † coniectura concedant esse recedendum Crau. consf. 63. nu. 6. Soc. Iun. consf. 110. nu. 20. vers. verùm si quis, & consil. 145. nu. 36. vol. 3. Clar. in d. §. testam. quęst. 77. propè finem Crass. in d. §. fideicommissum quæst. 14. nu. 7.

Frustra eo magis superinde contenditur, cum Aureliæ prædictæ transmissionis beneficiū sufficiat, supra facilius concessum nu. 57.

Non obstat sequens amplificatio, quòd deberent prædicta cessare, cum vsus sit testator verbo (superuiuens.)

71 Quia Respondetur istā transmissionem † esse fauorabilem Soc. in l. qui duos nu. 25.

in

in fi. ff. de reb. dub. Adeò vt ex ipsis conie-
72 cturis inducatur, † etiam, quòd testator sic fuerit locutus Crau. consil. 306. nu. 3. in fi. Dec. consil. 369. col. 2. Crass. in dicto §. fideicommissum quęst. vlt. nu. 3. Ias. cons. 154. in fi. lib. 4. Burs. cõs. 71. nu. 7. in fi. lib. 1.

Non obstat, quod sequitur ad efficatioris coniecturæ destructionem, nempè prohibitionem tanquam sine causa non valere,

Quia Respondetur, quòd cum respiciat vtilitatem liberorum positorum in conditione,
73 quorum sola contemplatione † facta censetur Alba consil. 7. nu. 13. Castr. cons. 355. in fi. lib. 2. Cach. consil. 40. nu. 5. ad fi. Cur. Iun. consil. 121. num. 1. vers. cum igitur.
74 Per consequens illud in causa † est, vt prohibitio valeat l. filiusfam. §. diui de leg. 1. Cur. Iun. cons. 121. nu. 1. Cap. consil. 9. in fi. Octau. Cach. d. consil. 40. nu. 5. in fi. Rom. comm. concl. lib. 4. tit. de fideicom. concl. 9. nu. 2. & 30. latè traditur loco 7. recep. sent. tit. 7. cap. 3. Tantò magis cum testator voluerit testamentum valere omni
75 melioti modo, per quam clausulam † prohibitionem eorum contemplatione censeri factam, & valere tradit Ioseph. Rust. in comm. an positi in cõditione cap. 6. nu. 23.

Non obstat tertia principalis, & vltima oppositio sumpta ex instrumento diuisionis: quia pluribus omissis hæc est responsio, per nullam diuisionem quibuscunq; clausulis prægnantem, vel pactis, vel iuramento val
76 latam censeri renunciatum † fideicommissio, quod diuidentes ignorabant Bart. in l. qui Romę §. duo fratres nu. 18. in 5. Quæst. de verb. obl. & ibi cœteri omnes, & in l. de his ff. de transf. Adde Crau. consil. 192. nu. 6. vol. 2. Ioseph. Lud. decis. 19. nu. 12. Gui Pap. decis. 232. num. 2. Mascar. trac. de prob. concl. 776. nu. 9. Rom. lib. 4. tit. de fideicom. concl. 1. nu. 21. Eas autem igno
77 rasse † cum essent sui hæredes, iuris præsumptio est Soc. dicto §. duo fratres nu. 106 & 161. Ripa nu. 51. Ias. nu. 56. Ioseph. Lud. decis. 19. nu. 14. Mascar. trac. de prob. concl. 780. nu. 3. Alex. consil. 3. nu. 4. vol. 3.

Ex quibus vt supra ad fauorem dictæ Aureliæ concludo.

Ego idem Schenardus.

SVMMARIVM.

1 *Statutum prohibens alienationem in forenses censetur etiam excludere præscriptionem quamquam longissimam.*
2 *Duplex prohibitio fortius præscriptionem impedit.*
3 *Faciens contractum statuto prohibitum dicitur in mala fide.*
4 *Malæfidei possessor nullo tempore præscribit.*
5 *Statutum prohibens alienationem in forenses non habet locum in eis, qui in loco statuti habitant.*
6 *Actioni non adhuc competenti non censemur renuntiare.*
7 *Agentes Communitatum non possunt alienare ius liquidum communitatum, nec de eo compromittere.*
8 *Arbitramento facto de ea re, de qua non potuit compromitti, nõ tenemur stare nu. 9.*
10 *Geminata alienationis prohibitio operatur in casu, etiam alias de iure permisso.*
11 *Vniuersitatibus quemadmodum minoribus aduersus rem Iudicatam conceditur restitutio.*
12 *Etiam aduersus plures conformes constito de earum Iniustitia.*
13 *Vniuersitates vtuntur in beneficio restitutionis iure minorum.*
14 *Arbitrijs standum est.*
15 *Renuntianti ius suum non datur postea ad illud iterum regressus.*
16 *Renuntiatio quæ fit, vt à lite recedatur, est omnino seruanda.*
17 *Renuntians retractum non potest ad eum deinde reuerti.*
18 *Rescriptum principis cum prægnantibus clausulis ex certa scientia motu proprio &c. supplet omnem defectum, etiam ad præiudiciũ tertij, & Communitatis, iuris ciuilis, vel positiui.*
19 *Senatus Rempublicam repræsentans dicitur princeps.*
20 *Statutum prohibens alienationem non comprehendit alienationem factam ex necessitate laudi.*
21 *Declaratur proxima dicta cõclusio procedere in laudo, cui præcessit compromissum necessarium*

rium ex forma statuti.

22 *Vna pars statuti suppletur ab altera, & declaratur.*

23 *Statutum de compromissis est fauorabile pro bono publico.*

24 *Repetitio non potest subaudiri, per quam fauori detrahitur.*

25 *Statutum de compromissis comprehendit forenses.*

26 *Parsa sunt aliquem fuisse à Iudice compulsum, vel potuisse compelli.*

27 *Alienatio omnis necessaria censetur à statuto alienationem prohibente excepta.*

28 *Agentes communitatum possunt de re dubia compromittere.*

29 *Statutum concedens retractum tamquam exorbitans debet strictè in casu tantum, de quo loquitur, intelligi.*

30 *Statutum retractum concedens in datione insolutum non habet locum in venditione; & è contra.*

31 *Statutum retractus non comprehendit bona feudalia.*

32 *Anullare actum est pœna.*

33 *Actio, quæ competit cuilibet ae populo ad pœnam, est popularis.*

34 *Actio popularis tollitur anno.*

35 *Statutum prohibens alienationem in forenses non censetur tollere, quominus possint ab intestato succedere.*

36 *Res semel effecta alienabilis, perpetuò durat alienabilis.*

37 *Statutum prædictum nõ comprehendit Mensam Episcopalem, & alios Ecclesiasticos quominus possit in eos alienari*

38 *Habilitato vno forensi [illegible] Immobile, censentur omnes [illegible] forenses habilitati ab eo acquirere.*

39 *Agens contra forensem ad recuperationẽ rei alienata tenetur probare non Principe in consulto fuisse alienatam.*

40 *Consensus in alienatione necessarius, decennio lapso, præsumitur.*

41 *Præsumptio sumitur de præsenti in præteritum.*

42 *Statutum vsu non receptũ non est allegabile.*

43 *Statutum esse vsu receptum probare debet, qui se fundat in eo.*

44 *Forenses ementes contra statuti prohibitionẽ excusantur propter præsumptam ignorantiam statuti.*

45 *De re prohibita alienari quando compromitti possit, distinguitur, an sit prohibita alienari à iure communi, vel municipali.*

46 *Rursus distinguitur, an compromissum sit voluntarium, vel ex statuto cogente necessariũ, quia etiam de re prohibita intelligitur.*

47 *Statutum prohibens rem alienari non habet locum in re ab alio possessa; quia ius super ea alienari potest, & de eo compromitti non obstante statuto.*

48 *Iura non circumscribuntur loco.*

49 *Intellectus ad l. fin. C. de vend. bo. ciu. lib. 10.*

50 *Agens ad retractum tractat de lucro.*

Ad lucrum consequendum nemo restituitur.

52 *Statutum prohibens alienationem in forenses limitatur, Principe concedente*

53 *Princeps in his, quæ sunt iuris positiui, vel ciuilis, potest tertio praiudicare maximè ante ius quæsitum.*

54 *Statutum recipit à Iure communi passiuas interpretationes.*

55 *Statutum reiciens interpretationem intelligitur de friuola.*

56 *Interpretatum dicitur inesse statuto.*

57 *Inuestitura quando transferat in vasallum Dominium, & possessionem nu. 58.*

Statutum prohibens alienationẽ in forensem nõ habet locum in alienatione Forensi facta ab Ecclesiastico.

ARGVMENTVM.

Traduntur decem interpretationes ad restrictionem statuti Vallistellinæ prohibentis alienationes in forenses.

Actores vniuersitatis quando de re, vel iure vniuersitatis eo magis alienari prohibita compromittere possint.

Traditur interpretatio ad Stat. Vallis præd. quòd bona communitatis non possint

possint alienari, non habere locum, quando ius alienatur competens super re ab alio possessa.

Rursus traditur interpretatio ad Stat. 113. per quod fiunt nulla Rescripta, quæ contra Statuta Vallis ab Illustriss. Dominis etiam in publica Dyeta conceduntur.

Emens rem alienari prohibitam an præscribat.

Rescriptum principis quando omnem etiam ad præiudicium tertij suppleat defectum.

An Statutum disponens de aliqua quæstione compromissum fieri, comprehendat forenses cum subdito in loco Statuti litigantes.

Quando per Inuestituram probetur vtile Dominium cũ naturali possessione in Emphitectam translatum.

CONSILIVM III.

PRO CONSORTIBVS DE PRATIS contra Communitatem Fusinarum,

INITIVM A DOMINO.

DE suscitata disputatione inter commune Fusinarum, & consortes de Pratis Moratijs Pergomensibus, pro iuris responso consultus, videtur mihi respondendum satis iuridicam communitatis intentionem ex statuto Vallistellinæ in ciuil. cap. 198. disponente omninò per quoscunq; communitatis ius in forenses alienatum posse retrahi;
1 per quod statutum præscriptio† quoq; quãquam longissima, sublata censetur. Rui. consil. 41. nu. 26. lib. 1. Maximè ad præiuditium communitatis, cui nulla currit ex stat. cap. 164. Multò magis cum, & quæ ad Communitates spectant, prohibeantur alienari in stat. cap. 196. quæ duplex pro-
2 hibitio est † ad præscriptionis fortius impedimentum Rui. dicto consil. 41. nu. 27. Cuius prompta est ratio vltra duas alias, quas ibi tradit Rui. quia faciens contractum sta-
3 tuto prohibitum † dicitur, in mala fide Io. Bap. Plot. cons. 43. nu. 20. post Crau. cons. 193. nu. 2. Rui. cons. præd. 41. nu. 28. Qui
4 † nullo tẽpore præscribit Couar. in c. possessor extra de reg. iur. in 6. per illum textum.

Nec obstat asserta transactio anni 1533. quia tunc datores, cum quibus fuit transactum suprascript. de pratis Moratijs, vt præsupponitur, erant Vallistellinæ habitatores,
5 contra quos actio † prædicta non competebat, vt colligitur ex Alex. cons. 16. num. 6. vol. 5. Anch. in c. canonum statuta in 14. quæst. vers. sed pone extra de constit. Ias. in l. 1. nu. 12. C. de sum. trin. & fi. cath. Cui
6 actioni propterea † renuntiasse non censetur Communitas Bar. in l. qui cum tutoribus nu. 2. ff. de trans. Francus decis. 181. nu. 4. Gui. Pap. decis. 229.

Non obstat arbitramentum anni 1561. Quia Respondetur, quòd cùm ius Communitatis satis esset ex prædicto stat. 198. liquidũ, non potuerunt Actores sui (præsupposita
7 habilitate eorum) de liquido iure † compromittere; Vnde eius iuris cessio sequeretur tex. est in l. præses C. de trans. Tiraq. trac. leg. conn. gl. 5. quæst. 20. nu. 202. &
8 seq. vbi quod nec arbitrio † propterea stare tenentur authoritate Castr. in cons. 465. col. 1. lib. 1. Maximè de re etiam aliter in
9 forenses alienari † prohibita, ex traditis per Bai. Ias. & alios in d. l. præses Dec. consil. 272. col. 1. Alioq; multo magis obstante statuto allegato 196. prohibente communia bona alienari, Geminata enim prohibi-
10 tio operatur † in casu etiam alias de iure permisso Ias. in l. filiusf. §. diui in 1. lect. nu. 66. & in 2. nu. 105. de leg. 1. Gui. Pap. dec. 611. in fi. vtth. Cach. cons. 8. nu. 55. & cons.

40.

40.nu.15. & conf. 49. nu. 19. Ioseph. lud. decis. Perus. 71. nu. 22. Menoch. lib. 4. præs. cap. 189. nu. 107.

Quod arbitramentum quatenus mero iure obstare posset, euidentia tamen iuris prædicti causam iustam præstat, vt restitutionis in
11 integrũ auxilio † rescindatur l. 1. C. si adu. rem iud. Et infortioribus etiam aduersus
12 plures † conformes probat Cap. Thol. dec. 54. Fran. Marc. Delph. decis. 54. part. 2. Cassad. de rest. in integrum decis. 1. num. 3. In quibus locis, licet de minoribus agatur, de Communitatibus tamen, & municipijs
13 idem † dicendum est per l. respublica c. ex qui. causis mai. & l. 3. vbi luc. de pen. nu. 2. C. de iure reipub. lib. 11. Marti. Vran. consi. 2. nu. 30. lib. 1. latè post innumeros tradit Fran. de Caldas in repet. l. si curatorem habens in verbo minoribus nu. 61. & in prin. nu. 12.

Non obstat licentia asserta anni prædicti, tanquàm prædictis statutis contraria, quæ à statuto sit ideo irrita cap. 113. ex qua responsione & sequentis rescripti anni 90. tollitur executio, cùm vtriq; placito communis sit responsio.

Quibus tamen non obstantibus contrariũ censeo iuris esse, attento arbitrio superinde fa-
14 cto anno 1561. cui † omnino standum est l. diem §. stari. ff. de arb. stat. in cau. cap. 52. ibi, *Et che quello, che essi trè arbitri*, & cap. 54. ibi. *Et tutto quello*. Hocq; siuè compromissum sit necessarium, siuè etiam voluntarium ex dispositione allegati statuti 52. in fi. ibi. *Et il medemo s'intenda*.

Cum enim compromittendo, & emolegando ius illud, quatenus sibi competeret, à Iu. ab-
15 dicauerint, non est ad illud † concedendus illis regressus Ctau. consi. 74. nu. 7. Maximè
16 cum id, vt à lite † recederent, factum sit. Menoch. consi. 80. nu. 47. lib. 1. Et in termi-
17 nis renũciati † retractus Tiraq. de Retract. lign. §. 1. gl. 9. nu. 121.

Quæ decidendi ratio confirmatur ex Dyetæ anni 1590. allegato Rescripto, quod om-
18 nem tollit † defectum, etiam ad præiuditiũ Tertij propter prægnantes clausulas motu proprio, ex certa scientia, & cum clausula non obstante, maximè cum nec in naturali, nec gentiũ iure; sed positiuo versemur Ruf. consil. 175. nu. 22. lib. 1. Non enim Senatũ
19 illum † principem esse (excepto in his, quę Communitates a Senatu repræsentatæ sibi reseruauerunt) dubitabitur ex traditis per Ioseph. Lud. dec. Lucensi 17. nu. 18. Annibal Monter. in comm. ad statuta Bononiæ lib. 7. fol. 108.

Non obstat modo contraria, & primo statutum cap. 198. quia quantum ad alienationes, quæ Arbitramentum prædictum præcesserunt factæ à Cathaneis ipsis de Pratis, est supra in ratione decidendi satis responsum, quantum vero ad illam, quam compromittendo, nempè iuris retrahendi, fecisse laudo secuto dici possent. Respondetur ipsam, vti ex prædicti laudi necessitate
20 † secutã, in prædicto statuto non comprehendi Cur. Sen. consil. 27. incip. Magnificus nu. 16. Pet. de Benint. decis. Bonon. 21. nu. 20. Rom. consil. 107. in prin. Rol. consil. 21 nu. 22. lib. 1.

Nec obstat, si ad prædicta replicaretur proce-
21 dere in compromisso facto † ex necessitate statuti, vt tradit Maran. in trac. de multipl. alien. prohib. nu. 23. Bar. & doc in l. si dictũ §. si compromisero de euict. Quod in casu nostro cessat, cum statutum cap. 54. loquatur de personis Vallistellinæ litigantibus, ibi, *Della Communità di Valtellina*, quæ expressio, licet in præcedentibus alternati-
22 uis non legatur, repetita † tamen censetur Soc. Iun. consil. 19. nu. 7. lib. 1. Et cum non fuerit Iudicis expectata compulsio.

Quia Respondetur, quòd cum prędictum sta-
23 tutum † fauorabile sit, vtile, publicũ continens, vt tradit Blancus trac. de comprom. quæst. 2. & 3. primæ principalis, non debet
24 repetitio subaudiri † ad fauori detrahendũ Ias. l. 4. §. prætor ait nu. 4. de in iis voc. Soc. Iun. consil. 8. nu. 7. par. secunda. Nè ex singulari persona forensi deterior fiat cõditio Vniuersitatis subditæ, cui statuendo princeps consuluit, & quam magis dilexisse na-
25 turalis ratio dictat; Et in terminis † præsentis quæstionis super eo stat. 54. quod & de forensi intelligitur Soc. Iun. consil. 71. nu. 8. Blanc. de compr. quæst. 3. nu. 45.

Quod autem sequitur de non expectata Iudi-

cis

16 eis compulsione. Respondetur satis† esse quòd potuerint compelli arg. l. nouissimè, ff. quod fal. tut. auth.

Congruit, & hæc ad vtrumq; responsio, quantum ad effectum voluntarij compromissi laudum eandem iniungit necessitatem allegato stat. 52. ibi *Et il medemo s'intenda*, & genetalis conclusio est in omni

27 necessitate † prædictam alienandi prohibitionem limitari Rom. conf. 280. & cōs. 394. Affl. de iu. proth. §. 13. nu. 16. Alex. cōs. 52. lib. 1. Crau. conf. 215. n. 3 & 4. Tiraq. de retta. lign. §. 1. gl. 14 n. 8. Cō pmis si vt ex infrascriptis psuppositavaliditate.

Quo fundamento sublato præscriptionis inutilis remanet sermo, cum nihil ipsis Fusinensibus restiterit, quod Moratij præscriptione acquirere possent.

Corruit etiam ex prædictis ad arbitrium responsio ex iuris liquidi prætextu deducta. Quibus additur, imo ex pluribus de re admodum dubia partes compromisisse, ita vt & statuto circumscripto compromis-

28 sum † & laudum suum nihilominus sortiatur effectum d. l. præses.

Primo quia statutum 198. videtur retractum concedere in sola datione insolutum verbis expressis, quod, tanquā exorbitans, & odiosum debet strictè in casu dumtaxat,

29 de quo loquitur † intelligi, vt in terminis dicti statuti tradit Soc. Iun. conf. 1. nu. 11. 21. 22. 27. & 30. par. 2. Et ideo in venditione, vel datione insolutū loquēs de vno

30 † nō trahitur ad alterū Rui. cōs. 175. n. 17 li. 7. Tiraq. trac. de retra. lig. §. 1. gl. 14. n. 5

Secundo quia cum esset Alpis sub feudo Ecclesiæ Comensis constitutus, quod ex sui legati assistentia, & inuestituris elicitur,

31 non videbatur statutum ad talia bona † referri Soc. Iun. conf. 1. nu. 12. par. 2.

Tertio quia cum ex eo statuto quilibet admittatur de populo ad annullationem a-

32 ctus prohibiti, quòd † est pœna Vant. tra. null. cap. 1. nu. 15. Boer. dec. 1. nu. 16. Ripa in terminis de leg. & lon. consu. resp. 2.

33 nu. 4. Per consequens popularis † erat actio Bart. in Rub. de pop. act. quæ vnico

34 perdita erat anno l. fin. ff. de pop. act. Fran. Marc. decis. Delph. 72. in fi.

Quartò quia post inuestituram anni 1452. in præludiis Arbitramenti prædicti relatam in successores ab intestato Forenses

35 transierat, quod † non est prohibitū Bar. Imo. & Castr. in l. si ita quis §. ea lege de verb. obl. Tiraq de retrac. lign. §. 26. gl. 1. nu. 6. Per lungamq; successorū habitationē, & possessionē res effecta erat alienabi-

36 lis, sic † perpetuò duratura Plott. conf. 9. nu. 18. & 102. Soc. d. conf. 1. nu. 31. Ripa de leg & consu. resp. 2. nu. 13. Ad cuius possessionis euidentiam maximè confecit sententię in trāsitione anni 33. recitatę.

Quintò quia tacitè præstita deuolutionis causa poterat in mensam Episcopalem, & sic in forenses transferre tit. de cau. qui feu. vas. priu. in vsibus feu. Ergò multò magis

37 † expresse vt in terminis prædicti statuti probat Plott. d. conf. 19. nu. 11. & 12. non

38 habita deinde † personarū distinctione d. conf. 191. nu. 18. quod latè defendit Ripa de legi. resp. 2. nu. 12. & seq.

Sexto propter periculum probationis, cum

39 commune agens onere grauetur † probationis, quod sine Principis dispensatione alienatio facta sit, quæ in dubio declarari debet valida Hier. Alba. cōs. 8. n. 14. vers. postrem[illegible] etiam, & in simili Crau. conf. 1. nu. 7. Grat. conf. 42. n. 15. & 16. lib. 1. Maximè [illegible] possessione p decennium, p[illegible] prædicto iungeba

40 tur, tunc dispensatio † [illegible] præsumi [illegible] alien[illegible] 4. ff. de acq. hær. Bal. conf. 26. nu. 12 vol. 2.

Septimo, quia, vt ex [illegible] in præteritum

41 probabilis † est præsumptio Bar. in l. ex persona n. 6. in primo casu C. de pb. statutū prædictum non erat [illegible] receptum, quem admodū nec nunc est, vt de pluribus Pergomēsibus, Mediolanensibus, & Comēsibus habētibus bona in regione ista exemplū est. Et per consequens nec ad eliden-

42 dā prædictā alienationē † erat allegabile, vt in terminis consuluit Alex conf. 18. lib. 2. Iaf. conf. 112. col. 3. vers. item cum tale vol. 4. & sequitur Thesim cōstituens Plottus in l. si quando n. 321. vers. primo quo-

43 tiescunq; lex, & cuius vsus probatio † ad Cōmunitatē agentem pertinebat Ioseph Lud. dec. Perus. 98. Puthens dec. 1. lib. 1.

Octauò tolerāda videbatur alienatio ex de

fectu

44 fectu sciẽtiæ forensiũ† de statuto p̃dicto, vt in terminis tradit Cur. Sen.conf.27.n. 18.vers.2.præmisso Plott.d.cõs.19.n.10.

Ex quibus potius in fauorem Pergomensium dici poterat res liquida, quàm dubia, de quibus memorato arbitramento iuncto, vlterius puto temerè disputari.

Non obstat amplificatio, quæ subiicitur ad impugnationem compromissi, quia esset de re in forẽses prohibita alienari, ex stat. 198. Quia respondetur, illam procedere
45 in prohibitione † iuris communis, quo nõ traditur ista, non statuti vt respõdet Dec. cons.300. in fine, Maximè de re ab aduersario diù possessa, vt infrascripsi respondendo ad statutum 196. Respondetur p̃terea stãte dispositione statuti 54. potuis-
46 se, & de tali re† compromitti, vt rectè p̃bat contra Dec. Blancus trac. de comprom. quæst.4. vers. res prohibita alienari.

Nõ obstat allegata prohibitionis geminatio sumpta ex stat.cap.196. Quia respondetur, q̃ cum ius tm̃ sit quod Aduersarijs Alpis possessoribus Fusinenses compromittendo dimiserunt non censetur prædicta
47 renunciatio a dicto statuto† prohibita, ũc in terminis me docuit Bar. in l. gallus, §. videndũ nu.3.ff. de lib. & posth. Cass. ad cõsue.burg.Rub.10.§.1.in tex.ibi vẽdu. nu.4.& Rub.11 §.1. in tex. retenne in fi. Io. Saxo in consue.taur. art.24.Rub. cõs. 21.nu.23.lib.1.Monter. ad stat. Bonon.li. 7.tit.de vend.bo.fum.in prin.a quo sumitur responsio ad rationes contrarias Tiraqueli trac. p̃dicto, .1.gl. 14.n.64.Cuius opinio multò minus cum p̃dictis auctoritatibus repugnans obstat in casu dicti statuti 196.ex cuius verbis, & vsu loquendi apparet loqui de locis communibus, qui-
48 bus iura nõ† circumscribuntur l.Caius se ius de leg.2.l.vxorem, §.legauet in versic. item quæsitũ de leg.3. Et quibus rationibus iuncta doctrina Rui. in cons. 175.nu. 17.vers. nec prædictis lib.1.Sic. etiam ne
49 de iuris alienatione loquatur † interpretor l.fin.C.de vend.bo.ciuit.lib.10.quam interpretationem, & verba legis ibi ædificia, vel mancipia contigerit venundari, & gl.in vers. & no.Innunt.

Nõ obstat recursus ad restitutionẽ in integrũ obiectus. Quia respondetur q̃ rettahens
50 tractat † de lucro, vt testatur Tiraq. dicto trac.gl.4.§.35.n.45. Ad quod nemo resti
51 tuitur. Dec.cõs.261.in fi. Tiraq. vbi sup.

Non obstat q̃ ad placita Principis superinde concessa oppositum fuit ex stat. cap. 113. Quia respondetur secundum interpretationem Iurisprudentum statutum aliena-
52 tionis prohibitorium Principe† concedente, vel confirmante limitari Barba. consil. 43. nu.31.vol. 1. Plott.cons. 19. ferè per
53 totũ. Maximè in his, quæ sunt † iuris positiui, non diuini, naturalis, nec gentium Thesau.dec.87.n.3. Et ante ius parti quæsitum Barb.d.cons.43.nu.35.vers. prætærea facit. Et statutum a iure communi hu-
54 iusmodi passiuas† interpretationes recipere Rol.a Valle cõs.72.n.32.li.3. vbi testatur de communi contra Bald. Adeò vt statutum reiciens interpretationẽ intelliga-
55 tur† de friuola Bart. in l.omnes populi in 6.quæst. de iust.& iu. Meritò ergo dicendum est dicta Rescripta non censeri contra statuta cum sint sm̃ eorum interpreta-
56 tionem, in qua † quod est dicitur in esse statuto And. Gheil.lib.2.obser.c.1. nu.

Addo ad complementũ præmissorum, & ne quid intactum pręteream, quod nullum prædictorum staturorum eis Morariis, vti Vasallis Episcopi, (quibus titulo saltẽ inuestiturarum dominium vtile cum natu-
57 rali possessione † in qua existunt translatum est, vt per spec.tit.loc. §. nunc aliqua quæst. 169.nu.194 cum inquam ipsi, non
58 alij, in Alpiũ possessione† morẽtur. Hier. Mago.dec.Luc.38.nu.15.Affl.dec. 325. Boer.dec. 305.Cur.Sen.cons.72.n.6.Pet. Benint.dec.42.nu.12.) obstat ad eum ti-
59 tulum † elidendum Ripa li. 2.resp.tit.de legi.cap.2. Plottus cons. 9.nu.13.& seq.

Ex quibus saluo saniori consilio, concludo dictos Pergomenses eius stati 196. & 198. prætextu ab ea Communitate Fusinarum non posse de iure molestari.

Idem Schenardus.

SVMMARIVM.

1 *Dotis supplementum, quando filia exclusa a statuto petat, mortuo patre.*

2 *Dotis incongrua supplementum quando petat eadem, viuo adhuc patre.*

3 Dotis

3 *Dotis congruitas attenditur inspecto tempore quo successio defertur.*

4 *Dos succedit loco legitima in qua attenditur tempus mortis.*

5 *Maritus qui nulla dote promissa uxorē alit videtur sola persona pro dote contentus.*

6 *Dos vbi est cessat alimentorum petitio.*

7 *Non tenemur vigore statuti de compromissis fiendis inter coniunctos, cum eo compromittere qui sine actione experitur vel nullum ius habet.*

8 *Actio ad dotem non promissam competit soli filia.*

9 *Sententia contra Maritum non obstat exceptio contra vxorem.*

10 *Filia a patre dotata & renuntiatione exclusa a successione, nec patre mortuo admittitur nisi magna læsione probata.*

11 *Pater præstans consensum super re ad filiam pertinente censetur illud facere vt pater.*

12 *Consentiens contractui vt alius sibi ipsi non praiudicat*

13 *Patri non debet esse damnosum officiū eius.*

14 *Actus nostri non operantur præter nostrā intentionem.*

15 *Consensus alieno contractui præstitus nunquam tribuit actionem contra consentientem.*

16 *Vna re sublata alia æquiualenti debemus esse contenti.*

ARGVMENTVM.

Dotem a patre constitutā, quando Filia incongruam dicere possit & supplementum petere.

CONSILIVM IV.

CASVS.

Pater tres habens Filios tresq; Filias, Istis nuptis mille libras vltra parafernalia singulis pro dote cōstituit, quarum vnius duntaxat maritus dotem allegans incongruam, petit illam simul cū præteritis alimentis arbitrio confidentiū suppleri postquā illa dote iam stetit quadriennio contentus quæritur quid iuris.

VENI CREATOR SPIRITVS.

Quoniam in præsenti materia Doctores satis variè scripsisse obseruaui, ideo pro præsentis quæstionis decisione distinguendi sunt
1 duo casus, primus † quando suplementū dotis petit filia, a statuto exclusa, post mortem patris, & tunc non obstat dotis paterna constitutio quominus tunc arbitrio boni viri suppleatur Castr. conf. 362. num. 1. lib. 1. Cur. Sen consil. 23. col. 13. versic. venit ad quartum & consil. 27. col. pen. in fi. & conf. seq. nu. 7. & 8. Rube. consi. 163. nu. 3. Boer. decis. 62. num. 15. & 16. Soc. Sen. conf. 75. col. pen. lib. 3. Dec. conf. 180 qui omnes consulunt fauore filiæ dotem mortuo patre petentis suppleri, in quibus terminis loquuntur omnes relati per Menoch. trac. de arb. iud. casu 149. nu. 7. & 8. vers. quibus & nu. 15. & per eundem in conf. 8. nu. 11. vers. respondeo secundo & per Thesau. decis. 191. Idem si est exclusa renuntiatione ex statuto nostro. 139.
2 Secūdus est casus † quando supplementū petit viuo adhuc patre, & tunc sequenda est aliorum sententia, dotem allegari non posse incongruam, nec patrem ad suplendum esse cogendū Anch. Iun. famil. quęst. 28. nu. 7. Dec. conf. 26. nu. 2. & conf. 89. nu. 4. vers. secunda & conf. 181. num. 5. vers. & etiam dato & consil. 276. nu. 1. & consil. 505. nu. 4. & 611. nu. 7. & in l. 3. in C. de collatio Rui. consil. 52. nu. 13. lib. Alcia. Resp. 81. nu. 2 lib. 2. Castr. conf. 403. nu 2. lib. 2. Menoch. consil. 6. nu. 22. lib. 1. Quem eundem casum probant alij plures quos allegat idem Menoch. d. casu 149. nu. 5. Tiraq. in præfat. ad l. si vnquam nu. 36. C. de reuoc. donat. Hancq; distinctionem viui & mortui patris apertè probat Menoch. conf. 8. nu. 2. iuncto nu. 11. & iuncta ratione quam subdit nu. 12. & nouissimè aperto ore consuluit Ant. put.
3 inter consil. Sfor. Od. consil. vltim. nu. 63. Quam etiam obseruaui de mente Decij d. consil. 181. nu. 5. vers. similiter Soc. Senio-

C ris

ris conf. 100.nu. 9. & nu. 11. verf. vnde fi ftatutum lib. 3. Corn.conf. 107.nu. 12.lib. 2. Cur. Seni. in add. ad conf. 27. Qui om-
3 nes † tradunt dotis congruitatem peti infpici & requiri tempore quo defertur fucceffio hæredibus: Duæ adducuntur rationes inter alias, vnam ponit Menoch. eodem conf. 8.nu. 11. verf. probabilior quia
4 dos † fuccedit loco legitimæ, quæ tempore mortis attenditur Aliam tradit Alexan.
5 confil. 48.num. 3. & 4.lib. 3. quod etiam † nulla dote promiffa maritus vxorē habēs videtur fola perfona ftetiffe contentus, multo ergo magis tenebitur ftare aliqua conftituta & cum eo conuenta dote. Cum autem dotem habuerit Maritus ifte, quam pater conftituit, fruftra alimēta petit, quo-
6 rum † dos ipfa deferuiebat oneri l. pro oneribus C. de iu. dot. Confequenter etiam
7 fruftra petit inter eos difpofitione † ftatuti fieri compromiffum, cum iam nullum ius ei competere conftet ex præmiffis ad tradita per Blanc. trac. de comprom. queft. 4. nu. 91. 92. & 126. Multò magis nil filia
8 petente cui † foli iftius augmēti dotis competit actio l. feruo legato §. fi reftator de leg. 1. & probatur a contrario fenfu l. fi pro te C. de dotis promiff. Cuius filię ēr eft ius proprium Cur. iun. poft alios in l. maritus nu. 23. C. de procur. Corn. conf. 190. nu. 12. lib. primi Victoria enim patris filiæ
9 noua eiufdem † actionis inftitutione illuderetur ex reg. l. cum quæritur ff. de excep. rei iud.

Quibus ftantibus concludo pro dote fupplenda mortem patris effe expectandam, interimq; libellum Generi effe reuocandum.
10 maximè cum de illo exceffu† non agatur de quo exemplificando loquuntur Caftr. in confil. 275. nu. 6. & Dec. conf. 181. nu. 5. verf. & hoc fecundum, dicentes exceffum effe vt refcindi poffit renuntiatio fi pater habens vnicam filiam & decem milia in bonis, filiæ ducentum tantum dederit in dotem, confuluit Put. inter conf. Odd. d. conf. vlt. nu. 62. vltra quod de filia quæ renuntiauit & lite cum hæredibus patre mortuo inftituta loquuntur, Quòd hic fecus eft, quo pater eum fex filijs vxore & feruientibus viuit librarum 32000. patrimonium vix poffidens. Cui conclufioni non obftat aliud obiectum, quod mihi po ftremo hoc loco occurrit, ideo patrem fic conueniri poffe, quia maffarium, pro parte dotis affignatum filiæ, alterum in fui locùm fubrogare, ipfa filia & genere inconfultis, confenferit pater ipfe Quia refpondetur confenfum fuper re ad filiam pertinente cenferi datum ab ipfo tamquam pa
11 tre † non tamquam ipfo ex traditis per Iaf. in l. pen. nu. 2. ff. fi quis caut. Ex eoq;
12 filiam obligari, non fibi præiudicari † vt probatur textu in l. procurator qui pro euictione vbi Bald. Ang. & Alb. de rof. de procur. & in l. fina. ff. de inftit. & in l. cum poft mortem §. 1. ff. quan. ex facto tut.
13 latè tradit Silua. confil. 8. per totum, ne † damnofum fit patri officium eius Tiraq. trac. Retrac. §. 1. gl. 9. nu. 271. Aliter confenfus ille præter patris intentionem ope-
14 raretur† contra l. non omnis ff. fi cert. pet. Refpondetur fecundo quod cõfenfus fimplex nunquam ei præiudicat quantum ad
15 actionem † contra eum quærendam vt ipfe ex confenfu conueniri poffit, fed ne dūtaxat ipfe contrauenire poffit ratione præfentis vel fuperuenientis iuris & fic ad exceptionem parandam, probatur ex omnibus ad partes adductis per Menoch. conf. 58. per totum Crau. in quæft. de indem. mulier. Ioseph. lud. concl. 7. Idq; explicuit apertè Bar. in confil. 211. col. 1. verf. Nam in l. Crau. confil. 33. nu. 19. Et pofito quod præiudirium fibi aliquod parauerit
16 illud æquiualentis oblatione † faltem crederem reparari argu. l. fi quis domum ff. loc. & l. 2. §. pen. ff. de relig. domibus pro quorum fide fubfcripfi.

Ego Io. Francifcus Schenardus Vtriufq; Iurifconfultus.

SVMMARIVM.

1 D*Epofiti Actio an præfcribatur.*
2 *Actio perfonalis depofiti præfcribitur.*

3 Actionis

3 *Actionis realis duo sunt extrema quorum altero deficiente corruit.*

4 *Dominium per numerationem transfertur in depositarium.*

5 *Depositarius potest depositum numeratum conuertere in vsus proprios.*

6 *Depositum quando est numeratum genus est in obligatione.*

7 *Genus nō possidetur, & ideo nō vendicatur.*

8 *Pro deposito numerato sola psonalis cōpetit.*

9 *Statutum Vallistellina cap. 165. solùm inducere solutionis præsumptionem.*

10 *Statutū inducens ex tempore solā solutionis præsumptionē procedere etiā cū malafide.*

11 *Depositi qui sint termini remissiuè.*

12 *A deposito in specie facto liberātur hæredes si facta diligenti inquisitione in hæreditate, illud non reperijsse iurauerint.*

ARGVMENTVM.

DE Depositi præscriptione in genere vel specie facti.

Depositum quando dicatur in genere factum; Et Quando deposito in hæreditate non reperto liberentur Hæredes.

CASVS.

Conueniebantur hęredes pro restitutione depositi iam annis 45. facti per quos de præscriptione excipiebatur, quibus Actor huiusmodi actionem non præscriptibilem replicabat, quæritur quid iuris.

CONSILIVM V.

[...] hæredibus quon. D. Petri Antonij de Ardeno contra Excell. Medicum Martinum Parauicinum.

INITIVM A DOMINO.

IN causa mihi proposita, quæ vertitur inter Excell. D. Medicum Martinum Parauicinum, & hæred.q. D. Petri Antonij Parauicini de Ardeno, puto allucinari Actoris Aduocatum; Qui
ex gl. in l. malè agitur C. de presc. 30. an
credit actionem depositi numerati non
1 posse præscribi † spatio 30. an. Pro cuius
quæstionis resolutione, actionem præmit
2 to personalem † depositi præscribi, vt ibi
fatetur alleg. glo. in verbo precario possidentibus: Vnde de sola Reali actione mi-
hi superest tractandum, Quam in casu
depositi numerati non competere intre-
pidè tenendum est. Nam duo sunt actio-
3 nis realis extrema † Dominium ex parte
agentis, & possessio ex parte Rei conuen-
ti; quorum si alterum deficiat, Realis non
competit actio l. in rem, & l. officium ff. de
rei vend. Ias. in §. omnium nu. 22. Inst. de
Act. Rofr. Beneu. in tract. libe. in forma
act. Rea. Pap. in d. for. act. Rea. in gl. tenet
At hic vtrumq; deficit. Ergo &c. Defi-
cit Dominum ex latere agentis: Quia per
4 numerationem † fuit translatum in depo-
sitarium Bal. in l. incendium C. si cert. pet.
& in l. fin. nu. 4. C. depos. & in l. cum quid
in lect. ant. ff. si cert. pet. Ang. in §. præte-
reanu. 5. Inst. de act. Azo. in summa nu.
1. C. depos. Bald. in l. talis scriptura circa
med. vers. extra iste ff. de leg. 1. vbi inquit,
5 quòd ideo Depositarius † huiusmodi po-
test Depositum in suos vsus conuertere,
& pecuniam commutare. Pariter defi-
cit possessio Rei conuenti: Quia cum de-
6 positum sit pecuniæ numeratæ † genus
est in obligatione Bald. in d. l. talis scriptu-
7 ra, & genus † inquiunt Doc. non vendica
tur, quia non possidetur Bar. in l. [...] nu. 1.
C. com. de leg. Bal. in l. 2. nu. 9. C. eodem
probatur ex gl. in l. Lucius titius ff. depos.
Et in terminis nostris, quando depositum
fit de pecunia numerata, quòd sola de-
8 tur personalis actio † his rationibus ductus
decidit Bald. in d. l. fin. Ex quibus conclu-
ditur nullam realem competere, perso-
nalem verò esse præscriptam, non solum
annis 30. quo omnium actionum perso-
nalium vita metitur, sed solis annis 12.
9 quo ex statuto capit. 165. inducitur † ad
omnem obligationem solutionis præsum
10 ptio Hier. Mago. decis. 60. Luc. quod †
bonæ, & malæ fidei distinctione sublata
procedere vult Cuma. consil. 91. vers. pari

autem, & in simili Gab. Rom. conf. 148. nu. 11. vol. 2. Quatenus autem concedere
11 mus Depositum suos † retinuisse notissimos terminos, de quibus in gl. l. Lucius titius, in verbo terminos ff. depositi. Ita vt & realis competeret, Attamen ex quo, q.
12 illud diligenti, facta inquisitione † in hæreditat e depositarij non fuit repertum, q. ipsius hæredes sacramenti religione obtulerunt testari: Dico ipsos vlterius non posse molestari l. si fine ff. dep. Doctrina sing. est Bart. in l. si creditor nu. 3. C. de pig. act. & in l. si quis ex argentarijs §. an vero nu. 1. ff. de edendo, Et ita consului.

Io. Franciscus Schenardus.

SVMMARIVM.

1 *Seruitus discontinua sola immemorabili possessione præscribitur.*
2 *Seruitus, quæ communitati debetur, est realis.*
3 *De pascuis quomodo, & quando Communitati præscriptione acquirantur, & quæ requisita debeant probari remissiuè.*
4 *Statutum excludens omnem præscriptionē an comprehendat centenariam, vel cuius memoria non extat in contrariam contra nu. 9. In quo articulo plures nil firmare refert nu. 10.*
5 *Statutum remouens omnem præscriptionē censetur illam tollere, qua non exclusa, statutum nil operaretur.*
6 *Aduersus Communitates quæ præscriptio currat.*
7 *Statutum satis operatur si casus plures facit pares.*
8 *Ius pascendi in alieno est præscriptibile.*
11 *Nullitas non attenditur, si quod nullum est, quo ad merita esset denuò faciendum.*

ARGVMENTVM.

Seruitus pascui quanto tempore præscribatur.
Rursus quando realis sit seruitus prædicta.
Quæ requirantur ad hoc, vt dicta præscriptio procedat, & probetur, Actricisq; Communitatis ius pascendi prætendentis sit intentio fundata ex consilio Parisij.
Statutum excludens per verba vniuersalia, & geminata aduersus Communitates omnem præscriptionem, an de Immemorabili intelligatur.
Inhibitionem iudicis factam Arbitro non obstare, quominus, si arbitramentū in meritis comperiatur iustum, nullitate non obstante, illud confirmetur.

CONSILIVM VI.

Pro Communitate Dubini contra Communitatem Ciuij.

INITIVM A DOMINO.

SI Territorium; eoque magis proprietas Dubinensium est, in quā Ciuienses seruitutem depascendorum Animalium habere contendunt, quā tamen instrumentis (vt præsupponitur,) non probant, Puto Ego quoq; irrefragabilem conclusionem ad fauorem Dubinensium esse, quam docta, & eleganti consultatione firmat Excellentissimus D. Franciscus Venosta, sequuntur autem Excell Domini Cattaneus, Canobius, & Camillus Venosta. Non esse scilicet Reorum intentionem fundatam.

Cum enim de discontinua seruitute agamus
1 sola immemorabili † præscriptione, secundum ius commune acquisibili vt in huiusmodi pascuis testis est Dec. conf. 483. nu. 26. Couar. var. resol. lib. 1. cap. 17. nu. 11. Napod. ad constitut. Sicil. tit. de seru. in prin. Gui. Pap. quæst. 573. num. 2. Cum
2 scilicet Realis sit vti † à communitate prętensa, vt tradit Parif. conf. 27. nu. 153. lib. 1. Couar.

1. Couar.dicto cap. 17. num. 11. vers. Sed quia, Reiecta opinione Crau. conf. 4. nu. 5. Castr.consil.444.num.3. in fin.libr.1.& conf. 3. num. 4. vers. nec obstat quod, & conf. 113.num.3.lib.2. Quæ non vera patet in l.testatrix §.plures. ff. si seru. vend.

Consequens est Ciuienses ex hactenus probatis succumbant: Quibus ad fundamentũ
2 intentionis † plura deficiunt, Quibusq; plures rationes, pluraq; fundamenta obstant, quæ in terminis nihil differentis controuersiæ tradit Paris. conf. 27. per totum lib. 1. Quare non eius scripta hic referre volui, ne de me Virgilianum illud diceret. *Hos ego versiculos feci, tulit alter honores.*

Cui Parisij consilio aliud Plotti 43. iungere non erit incongruum.

Cum autem stantibus prædictis, quantum ad merita causæ prædicta Dubinensibus ad victoriam sufficiant. Super quæstione, an ex statuto cap. 164. prædicta immemorabilis censeatur sublata nihil firmare ausus
4 sum: Non affirmatiuã † memor Dicti per Decia.conf.24 num. 114. lib. 1. Pedroc. conf. 36. num. 353. Qui de statuto vniuersali, & geminato præscriptionis exclusiuo loquentes, immemorabilem volunt nihilominus esse saluam.

Maximè cum nec contrarij dicti vera sit adducta ratio, quod contra huiusmodi vniuersitates, sola centum annorum currat præscriptio, ex l. fin. C. de sacrosan. Eccl. quo stante necesse sit statutum in istius ex
5 clusione operari † iuxta doctrinam Bal. in c. 1. §. præterea num. 4. de cap. Corradi. extra enim casus quattuor dictæ legis iura
6 vniuersitatum quoq; 40. annorum† curriculo metiri docet Aret.consi. 153. col.fin. vers. tertiò, quam cõmunem asserit Balb. trac. præsc. par.7. par. 5. princip. quæst. 1. Vnde consequens elici videtur immemorabilem non tolli per statutum, quod casus omnes, & quoscunq; faciendo pares
7 satis † operatur. Pan. in c. fin. col.7. vers. quæro quid si de præscr. congruit simile Ioseph. lud. decis.Perus. 38. num. 6.

Eoq; magis cum iure quoq; communi præ-
8 scriptibilis sit † subiecta materia Ripa in l. quominus num. 101. vers. non obstat ergo C. de flum. Feli. in c. cum ex officij in prin. de præsc.

9 Neq; negatiuam † firmare inquam ausus sum, cum ei glosa contradicat in l. 1. in verbo quanticunq; de so. comp.& in l. si vna in verbo quauis de reb. eccles. non alien. Pan. in c. cum ex offitij in 3. not. extra de præsc. & in c. super eo in 1. not. extra de paroch. Timore quarum contradi-
10 ctionũ nec † Fel. ipse in c. accedentes nu. 16. vers. cogitabitis vos, de præsc. voluit quicquam affirmare, prout & in effectu fecit Cass. ad consuet. Burg. Rub. 9. §. 2. in tex. per qualche lapſ. num. 7. & 8.

Pariter non discutio, an Arbitramentum, cui obstat præcedens inhibitio, valeat vel ne, cum data, non tamen concessa nullitate, ad merita præsentis causæ, ex prædictis liqueat, quòd esset denuò faciendum, cõ-
11 sequenterq; spreta nullitate † eadem sola probatione remanente illud exequẽdum. Putheus decis. 183. libri primi Rota Lucen. Valerio Vallaria relatore decis. 24. Cur. Iun. conf. 127. num. 5. Vant. trac. de null. proc. tit. qual. proc. salu. possit num. 132. Viu. lib. 2. decis. 331. per totam Crescent. decis. 1. de arbitris.

Ego Io. Franciscus Schenardus Vtriusq; Iurisconsultus.

SVMMARIVM.

1 *Vxor licet à Ciuitate recedat, omnia tamen ciuilia retinet, per qua non distrahitur à seruitio mariti.*

2 *Onera qui subit in vno loco, debet eiusdem loci beneficijs vti.*

3 *Commoditas pascuorum, & nemorum, & similium quæ vniuersitatis sunt, non communicantur recedentibus.*

4 *Ciues vnius loci debent in alio loco ea lege determinari, qua ipsi contra alium locum vtuntur.*

5 *Mulier alibi nupta non subit onera personalia, nec mixta in loco originis.*

6 *Onera qui non subit in vno loco, beneficia ibi percipere iniustum est.*

7 *Commoditas, seu vsus earum rerum, quæ* vniuer-

vniuersitatis sunt, non possunt de vno in alium transferri.

8 *Ciues, & incolæ vtuntur pascuis, & nemoribus pro rata bonorum tantum.*

9 *Ratione dubitationis conceditur, quod alias non concederetur.*

10 *Regula quòd vxor retinet iura originis, declaratur.*

11 *Nemo, muliere alibi nupta excepta, beneficijs loci originis fruitur, si ibi non habitat.*

12 *Ius pascendi, & buschezandi, sola cuius initij memoria non extat, præscriptione queritur.*

13 *Seruitus pascendi, si Realis est, omnino requirit tempus immemorabile ad præscribendum.*

14 *Seruitus pascendi in dubio præsumitur realis.*

16 *Seruitus pascendi, si debetur pro certorum bonorum existentia, dicitur realis.*

ARgumentum ex Consilij prælu-dio elicitur.

CONSILIVM VII.

Pro Communitate Sond. q contra Mulierem cor ... alibi nuptam.

INITIVM A DOMINO.

QVAERITVR An mulier istius communis Sondrij alibi nupta, & habitans possit pascuis istius communis, & nemoribus frui; In qua quæstione videtur pro muliere iudicandum; quemadmodum iudicatum fuit, cum, his exceptis, per quæ à viri seruitio distrahitur, vxor quo ad
1 omnia † pro ciue reputetur, vt latè suo more probat Tiraq. tract. leg. connub. ad l. 1. num. 37.

Fortius hoc de vxore ista dici debet, quæ &
2 onera † tamquam ciuis, vt asserit, sustinet iuxta regulam secundum naturam de reg. iur. quod in terminis legitur à contrario apud Ioseph. Ludo. decis. Perus. 3. nu. 19. Boer. decis. 13. num. 44.

Quibus tamen minimè obstantibus, quo ad præsentia, quæ sũt vniuersitatis iura, quod
3 ab eo communi recedentibus † non communicentur, clara occurrit doctrina Bart. in l. sodales num. 22. vers. si verò habent. ff. de colle. illici. Plott. consil. 45. num. 7.

Quam decisionem sequentes rationes confirmant: Prima quia id nec è contra per Castionenses suis originarijs in hac communitate nuptis cõceditur; Vnde consequẽs
4 est † æqua lege terminemur cap. recolentes extra de sta. mon. Anch. consil. 437. in fine.

Secunda est ratio, quia ista vxor ibi, vnde ori-
5 unda est nec ad personalia † onera, nec mixta tenet l. 1. C. de mul. in quo loco lib. 10. Castr. consil. 89. nu. 2. vers. sed ad hoc lib. 2. Purpu. consil. 84. num. 6. lib. 1. Ergo nec
6 ibi beneficia ista percipere † iustum est Dec. consil. 550. nu. 5. Ioseph. Lud. all. decis. 3. num. 19. vt supra inducta colli. ex Menoch. consil. 80. all.

Tertia est quia fructus iste ad maritum pertineret, stante stat. capit. 154. in cuius vsu
7 non potest vna persona † ad alteram subrogari, vt probatur ex glo. in l. sicut § 1. ff. quod cuiusq; vniuersitatis Bald. in l. etiam num. 17. C. de exec. rei iud.

Quarta est, quia cum communionem habeat in magna familia, nulla certitudo præscribi potest, quod pro sola rata bonorũ vta-
8 tur, vt etiam sic vti † ciuis incola tenetur Crau. consil. 60. num. 3. Surd. cons. 65. nu. 23. lib. 1. Fran. Marc. decis. Delph. 223. nu. 5. par. 1. probabilis sitq; quandocunq; fraudis dubitatio, debet facilius iudex ex
9 hac dubitatione † persuaderi glo. in l. de iure in verbo ad munera vers. & sic nota ff. ad municip.

Non obstat modo prima dubitandi ratio, q ciuis nihilominus reputetur, quia ex prædictis patet respõsio, procedere in his, quæ
10 sunt † singulorum, vt in beneficijs, quæ ciuibus ex statutis tribuuntur, quibus in terminis loquuntur Fel. Ferar. Ceph. Rui. Tes. Cur. Iun. Alex. Plottus, & Rold. Valle, in contrarium allegati per Aduocatum partis; non autem in his, quæ vniuersitatis sunt, & non singulorum, de quibus in l. in tan-

in tantum. §. vniuersitatis. ff. de rerum diu. Satis enim est quod priuilegia & iura ciui-
11 litatis singularia retineat, quæ † alius non habitans amitteret Boer. decis. 272. nu. 2. Ioseph. Lud. decis. Perus. 3. num. 18. Affl. decis. 384. nu. 13. licet nihil consilium determinet Menoch. consil. 80. lib. 1. nu. 13.

Non obstant solutiones, quas hactenus fecit tamquàm ciuis, quia si deducuntur ad præteritas excusandas vsurpationes, iam præteritis annis dissimulatas, silentio prætereuntur. Si autem vt sic & in posterum continuetur; Respondetur nullo iure probari (oblato quod æstimum suum in forenses distrahat) cum huiusmodi iura pa-
12 scendi, & buschezandi † non nisi immemorabili præscriptione quærantur Dec. consil. 483. nu. 26. Paris. consil. 27. nu. 70.
13 lib. 1. Maximè si † realis est Couar. var. resol. cap. 17. num. 11. vers. ergo si seruitus
14 Realem autem esse † præsumitur in dubio Franc. Marc. d. decis. 223. num. 2. Imò probatur talis, cum nulla alia ratione, quã certorum bonorum suorum in communi-
15 tate existentium † prætendi possit l. Testatrix §. plures. ff. si seru. vend. Idem Couar. d. num. 11. vers. verum seruitutem.

Sed frustra id ex iure communi probare laboramus, cùm iura communitatis omni tempore statutum cap. 164. conseruet.

Quibus stantibus, vt supra conclusum est, Iuris esse dico, & consulo.

Franciscus Schenardus.

SVMMARIVM.

1 *STatutum cum qualitate non procedit, nisi qualitas probetur extare.*

2 *Casus ommissus à Statuto relinquitur dispositioni iuris communis.*

3 *Pater sicut Mater transiens ad secunda vota priuatur successione filij, etiam quæsita.*

4 *Statutum simpliciter præferens patrem filiæ in successione filij, non censetur derogare dispositioni l. fæmina §. illud C. de sec. nupt.*

5 *Pater etiam, quod ad secunda vota transiuerit, excludit filiam à successione filij, stante Statuto Vallistellinæ 188.*

6 *Ordo Statuti de successionibus attenditur, vt donec prior extat, non possit posterior positus admitti.*

7 *Ablatiui absoluti conditionem important.*

8 *Conditionalis dispositio non exequitur, nisi conditione in totum purificata.*

9 *Dispositio vniuersalis omnes casus includit.*

10 *Pater ante secundas nuptias cum fratribus filij defuncti concurrit, bonorum reiecta distinctione.*

11 *Statutum debet interpretari, quod de eo casu disponat, sine quo staret sine virtute operãdi.*

12 *Statuti quodlibet verbum debet ita interpretari, vt aliquid operetur.*

13 *Vna determinatio plura respiciens censetur ea æqualiter determinare.*

14 *Regula præcedens procedit etiam in statutis.*

15 *Cogitatum de aliquo præsumitur, cum de eo facta fuit mentio.*

16 *Dispositio generalis ad omne cogitatum refertur.*

17 *Statutum plures gradus successiorum faciens, nullum patitur ab intestato de iure communi venientem, gradibus statuti non finitis.*

18 *Grauatus [illegible] in cætero.*

19 *Pater non [illegible] secundo. detis [illegible] rata, vel antefacti proprietatem retinet.*

20 *Nepotes ex altero filio non concurrunt cum Auo in successione filij.*

21 *Obseruantia est legis optima interpres.*

22 *Illa interpretatio, qua reducimur ad ius commune, est fauorabilis.*

23 *Patrem per transitum ad secunda vota priuari successione filij non probatur iure, potius improbatur, num. 25. & 27.*

24 *Pater succedit Filio iure [illegible] C. & authenticorum.*

26 *Pœna non infertur, nisi sit lege statuta.*

28 *Dictio, solas, est non expressorum exclusiua.*

29 *Argumentum à correlatiuis non procedit, nisi sit par ratio.*

30 *Castitas maior requiritur in fœmina, quàm in masculo.*

31 *Mater secundo nubens filios excoriaret.*

32 *Pater secundo nubens retinet administrationem bonorum filij, non Mater.*

33 *Pater secundo nubens exemplariter substituit*

tuit filio furioso, non Mater.

34 *Matri binuba denegatur relictum sub conditione, non patri.*

35 *Pater meretricator exhaeredat filiam meretricem, non Mater meretrix.*

36 *Mulieri luxuriosè viuenti interdicitur administratio, datur curator, & testandi facultate priuatur, non patri.*

37 *Libidinis vitium est causa exhaeredationis in filia, non in filio.*

38 *Generi per speciem derogatur.*

39 *Non omnium legum ratio reddi potest.*

40 *Opinio qua melioribus rationibus innititur, praefertur communi.*

41 *Poena transeuntis ad secunda vota cessat, si filij saltem tacitè consentiunt.*

42 *Poena secundo nubentis irrogatur in vindictam iniuria, qua coniux, & filij afficiuntur.*

43 *Actio, qua datur ad vindictam, est annalis tantum.*

44 *Conditio ill... (& non essendogli questi) debet prius in singulo verificari.*

45 *Statutum quod, extantibus masculis, faeminae non succedant, interpretatur etiam de vnico masculo.*

46 *Interpretatio non est bona, per quam superflua redditur dispositio.*

47 *Interpretatio, qua repugnantia inducitur, debet reiici.*

48 *Correctio incontinenti non praesumitur.*

49 *Intellectus Statuti Vallistellinae 188. in illis verbis. (Et questa dispositione così habbi loco nelle femine, come nelli Maschi) traditur.*

50 *Interpretatio illa sequenda est, qua euitatur contradictio.*

51 *Populi subditi non possunt consuetudinem inducere iuri contrariam, sine consensu principis.*

52 *Consuetudo omnis contraria iuri est in Vallestellina per noua capitula sublata.*

53 *Interpretatio restrictiua reiicitur, cum eam non patitur ratio recti sermonis.*

ARgumenta vide in praefatione Consilij.

CONSILIVM VIII.

Pro Domino Stephano Benzali contra Filiam.

INITIVM A DOMINO.

DVO sunt dubia, quae mihi praecipuè enucleanda proponuntur. Primum an filia in successione fratris, alijs non existentibus, cum patre concurrat; secundum an saltem patri obstet transitus ad secunda vota.

Qui partes filiae, tuentur, his contra patrem rationibus arguunt, In primo dubio; Quia ad hoc vt statutum capit. 188. includens patrem ad exclusionem filiae locum habeat, necessariò suppositae qualitates concurrere debent, alioquin aliqua deficiente
1 cessat † eius dispositio. Dec. consil. 261. num. 2. cons. 356. num. 4. & cons. 434. nu. 3.

Sed statutum vocans patrem ad successionē filij, sorore ommissa, loquitur, quando cū patre concurrunt fratres, sicq; hac qualitate praesupposita, quae cum in casu nostro deficiat, dispositioni auth. defuncto C. ad Tertul. earum concursum admittentis ca-
2 sus † iste relinqui debet l. commodissimè ff. de liber. & posth. cap. 2. stat. in ciuili. & cap. 105. in crim. l. si extraneus. ff. de cond. ob. cau. l. si cum dotem in prin. sol. mat.

Secundo quod etiam iure municipali idem iuris sit, probari videtur in eodem statuto Ibi, *Et questa dispositione così habbi luoco nelle femine come nelli maschy*, Quae clausula, Inquiunt, non potest ad alium sensum commodè adaptari.

Addunt conformem consuetudinem, ad fauorem filiae, secundum quam pluries asserunt fuisse iudicatum.

3 In secundo dubio pariter filiae † sustinetur intentio ex tex. cum glo. expressa in l. foeminae. §. illud C. de sec. nup. Crau. cōs. 37. nu. 1. Soc. cons. 114. num. 7. lib. 4. Dec. consil. 230. num. 1. & communem refert Rom. Comm. concl. libr. 3. tit. de sec. nup.
4 concl. 3. nu. 3. Etiam † quod pater ad filiae exclusionem sit ex statuto vocatus Sal. d.

§. illud

§. illud Rol. d. consil. 95. nu. 8. lib. 1. Socin. consil. 34. num. 3. lib. 1. Dec. consil. 87. nu. 3. & cons. 396. per totum Ruy. consil. 20. num. 4. lib. 3.

Quibus non obstantibus contrariam sententiam in vtroq; articulo puto esse veriorem

5 In primo † ex Statuto cap. 188. Ibi, *Ma la sua heredità sia peruenuta d'onde si voglia* quo pater ad hæreditatem filij vocatur, & cum ipse sit prior in ordine successionis positus, donec extat, non potest ali-

6 quis de posteriori † capite successor vocari Bal. in auth. post fratres in prima lect. C. de leg. her. Hocq; exprimit statutum ibi, *& non, essendoli questi il primo*, quæ verba conditionem important, cum in abla-

7 tiui † absoluti casu concipiantur l. a testatore. ff. de cond. & dem. l. euictis ff. de vsur. Cuius conditionis ea est virtus, vt prius sit in toto purificata, quam subsequenti

8 dispositioni † locus aperiatur, l. cui fundus § i. de cond. & dem. per consequens quãdiu pater extat, nihil filia prætendere pôt.

In secundo dubio pro patre quoq; iudicare nos cogit allegatum statutum, quod præcipuè perpendo ibi, *sia peruenuta donde*

9 *si voglia*, quæ vniuersalis dispositio † vtrumq; casum comprehendere debet l. Iulianus in prin. ff. de leg. 3. l. 1. §. generaliter ff. de leg. prest. & l. à procuratore C. mand. Becc. consil. 94. num. 30. Et quòd includat etiam casum, quando ad secunda vota transit, quodq; illa vniuersalis eũ casum non excipiat, sequentibus quoq; rationibus confirmatur.

Prima quia aliter verba illa starent in patre

10 sine virtute operandi, cum ante † secundas nuptias pater cum fratribus filij defuncti concurrat bonorum, differentia sublata auth. defuncto C. ad Tertul. Thesau. decis. 29. nu. 4. & 5. Meritò eo casu, quo

11 possit aliquid operari statutum † interpretari debet Bal. in c. 1. §. præterea nu. 4. de

12 Capi. Corra. Et etiam quodlibet † statuti verbum glo. in l. 1. ff. quod me. cau. Crau. consil. 201. nu. 13. & consil. 327. nu. 112.

Secunda quia cum ibi statutum insurgat ad patris, & fratrum successionis vnicam de-

13 terminationem, ita intelligi † debet, vt vterq; in æqualitate constituatur leg. iam hoc iure ff. de vulg. & pup. Cur. Iun. in l. iubere nu. 6. ff. de iur. om. iud. Dec. consil.

14 416. nu. 17. & cons. 456. nu. 6. & de † statutis loquentes Ang. cons. 143. ad fi. quem refert Ias. d. l. Iam hoc iure nu. 10. Maximè iuncta virtute copulæ, &, quæ coniunctos fecit æquales l. reos §. cum in tabulis. ff. de duo. reis gl. in c. querelam vbi pan. de sim. Ripa in c. 2. num. 4. extra de rescrip.

15 Tertia est, nam ex commemoratione † diuersarum coniunctionum in fratribus, quæ legitur in statuto, elicimus statuentes de secundis, tertijs, & pluribus nuptijs cogitasse Mysing. obs. cent. 5. obs. 64. nume. 9. Ripa in l. si vnquam quæst. 50. de reu. don. Ergo etiam in hoc casu hæreditatem vndecumq; quæsitam patri detulisse

16 dicendum † est, argumento l. non est ff. de transf. Bart. in l. aurelius. §. caio num. 11. ff. de lib. leg.

Quarta ratio ex hoc deducitur dylemmate: Aut dicimus patrem in secundis nuptijs constitutum à statuto comprehensum, & tunc filiæ debet sibi ordine successionis, vt supradictum est, esse posterior; Aut non esse comprehensum, & sequeretur inconueniens absurdum, quod quilibet in gradu remotior ipsum excluderet, contra §. hinc nos in auth. de nup. cũ statim priori comprehensione absoluta, alios in successione substituens, nullum in iuris com-

17 munis dispositione † relinquat, argumento l. vnicæ §. fin autem sub conditione C. de Cad. Toll. & traditorum per Crass. in §. substitutio quæst. 13. num. 1. Vasq. de success. prog. lib. 2. num. 5. præfationis.

Quinta est ratio nobis ab eo, quod est verisimile oblata: Nam ex regula quòd gra-

18 uatus † in vno debet in altero alleuiari spec. in tit. de Teste §. 1. versic. sed si admissis, Congruum erat, quòd pater in hoc alleuiaretur, qui supra in statuto 149. in proprietate dotis, & antefacti tam secundo nubens, quàm non nubens grauatur,

19 contra † dispositionem d. l. feminæ d. §. hinc nos, & §. cum igitur in auth. de non eligendo secundo nuben. & in alio grauatur etiam, quòd cum patre, & fratribus defuncti,

defuncti, nepotem ex altero fratre admit
20 tit concursum † contra §. si autem cum
fratribus in auth. de hær. ab intest.

Sexta est ratio communis vsus iuxta nostram
interpretationem hactenus seruatus, qui
21 legis est optimus † interpres Borgn. decis.
5. nume. 19. & 23. & Decis. 6. num. 17.
Guid. Pap. decis. 30.

Meq; in hac sententia, & interpretatione
hæc alia duo confirmant. Vnum quod sic
distincto §. hinc nos allegato reducimur
ad ius præcedens dicti §. cum igitur, per
quam reductionem statutum fauorabile
22 iudicatur † & extensibile, vt quàm fieri
possit, nos cum eo iure reducat conformes
glo. communiter recepta in c. statutum in
verbo numeran. de præben. in 6. cum alijs,
de quibus per Cur. Iun. consil. 5. nu. 29. in,
prima parte.

Alterum est, quod de facili recedere debe-
mus ab opinione, quod pater priuetur bo-
nis vxoris [illegible] delatis alio defun-
cto, eaq; fratribus applicentur, quam non
23 inficior communem, [illegible] iure †
potius reprobari, quàm probari videa-
mus, vt & Boer. innuit decis. 190. num. 2.
in fine.

24 Constat enim patri hæreditatem † de-
beri l. nam & si parentibus iuncta l. præ-
ced. ff. de inoff. test. c. cum Apostolus de
cens. l. 2. C. ad Tertul. & §. sed neq; de-
functus in auth. de hær. ab intest. Ea au-
tem propter secundas nuptias priuari nul-
25 libi cauetur † inquit tex. in d. §. cum igi-
26 tur. Ergo per nos † non debet hoc sup-
pleri Alex. consil. 9.. num. 17. vol. 6. Ias. in
l. quod te nu. 31. ff. si cer. pet. Tiraq; in l.
si vnquam nu. 205. ff. de reuoc. don. Hier.
à Laut. Auen. decis. 145. num. 1. dicens
pœnas non esse ex Magistrorum opinio-
nibus imponendas, sed à sola lege l. At si
quis. §. diuus. Ibi pœnam tamen in eum
statutam non esse ff. de religio. Ias. Cabal.
milleloq; Iuris parte 1. cap. 184.

Quinimò de eo expresse, quod suæ successio-
27 nis non obstet † transitus, legitur sæpe al-
legato §. cum igitur in auth. de nō eligen.
Ibi sicut enim patres, quem tex. licèt cor-
rigat in matre dictus §. hinc nos, tamen in
reliquis, & sic in patre vult perpetuò ma-
nere saluum in si. Ibi aliorum omniū, quæ
de parētum successionibus dicta sunt ma-
nentibus intactis, quod elicimus etiam in
eodem tex. ibi Hanc nostram sanctionem
super solas quæ ad matrimonium vene-
rint modo manere sanciuimus; quæ di-
28 ctio † solas est non expressorum exclusi-
ua l. his solis ff. de reu. don. Bal. in Rubr.
in prima oppos. C. de contrat. sicq; præ-
dictum §. cum igitur manifestè apparet
in patre manere incorrectum.

Nec obstant rationes, quibus contra patrem
Doctores innituntur. Et primo argumen
tum à correlatiuis. Quia ad illud multi-
plex est responsio; Prima argumentū non
29 procedere, cum non est vtriusq; † par ra-
tio, Euer. in loco à correla. per totum,
Discretas autem esse rationes patet, quia
30 maior † castitas requiritur in vxore, quā
in marito l. pen. C. ad offic. gl. in l. palā §.
quæ in adulterio ff. de ritu nup. Iaso. in l.
fratres C. de inoffi. test. Diciturq; matre
31 secundo nubentem filios † excoriare, qd
de patre non legitur scriptum l. lex quæ
tutores vers. lex enim C. de adm. tut. Cast.
ad consu. Burg. Rub. 6. §. 8. nu. 9. Hinc est
quod de patre non de matre in continua-
32 tione administrationis † leges conndunt
Imo. in l. ex facto nu. 16. ff. de vulg. Ang.
in auth. de nup. § si verò specie. nu. 18.
Vasq. alios referens in trac. de succ. crea.
lib. 2. §. 12. req. 2. nu. 36. Nec in alijs pœ-
nis huius trāsitus à pari ambulant: Mater,
quæ ad secunda vota transijt, non substi-
33 tuit † filio furioso exemplariter, pater au
tem substituit Bart. in l. ex facto num. 12.
vbi Ang. Cum. Are. & Alex. nu. 32. ff. de
vulg. & Ibidem Ias. nu. 25. Ripa num. 65.
dicit esse communem opinionem, quic-
quid ipse teneat Boet. decis. 178. num. 2.
dicit omnes in hac conuenire, Matri bi-
34 nubæ denegatur relictum † sub conditio-
ne, non patri. Paul. de Cas. in l. fin. nu. 5.
C. de Indic. vid. toll. Saly. in auth. cui re-
lictum col. 2. C. eod. Pariter, nec in incon-
35 tinentiæ pœnis, Nam mater meretrix †
non exhæredat filiam meretricem; Pater
autem meretricatorem exhæredat Io. Saison
in

in Comm. ad consu. Turon. tit. 25. artic. 28. Mulieri luxuriosè viuenti interdicitur
36 administratio bonorum † & facultas testandi, non viro, spec. in tit. de Actore §. 1. nu. 12. Aret. in l. is cui bonis ad fi. ff. de verb. obl. & Ripa ibi nu. 17. Vasq. vbi supra nu. 39. & 40. In filia vitium libidinis
37 est causa † exhęredationis, non sic in filio l. si filiam & auth. sed si post vbi per Doc. C. de inof. test. Vasq. vbi supra num. 37. Sicq; sole clarius apparet in hac materia nullam dari inter ipsos rationis identitatem, vnde validum deducatur argumentum à correlatiuis.

Secundo ad argumentum Respondetur frustra per generales ratiocinationes vagari, quando specificatā decisionem supra probatam in iure habemus, cum dicere solea
38 mus, generi per speciem † derogari, l. in toto ff. de reg. iur. & c. generi extra eo. Nec omnium, quæ à maioribus nostris
39 tradita sunt, rationem reddi † posse l. non omnium ff. de leg.

Ex quibus nobis contraria opinio irrationabilis se ostendit, Quam, & si communem, sequi nemo debet, cum veris auctorita-
40 tibus, & vrgentioribus rationibus † conuincatur Host. Io. And. Butr. & Abb. in cap. 1. nu. 15. de const. Fel. ibi sub nu. 54. in 1. lim. Dec. in 1. lect. num. 29. Idem Abb. consil. 85. nu. 1. vol. 1. Fab. in prohe. Instit. sub num. 2. Ias. in auth. nouissima nu. 22. C. de Inoff. test. Dec. cons. 23. nu. 6. Cotta in suis memor. in verbo opinio communis. Hinc Imperator scriptum reliquit in l. 2. §. sed neq; C. de vet. iure enucl. Non ex multitudine Authorum iudicandum fore, cum possit vnius sententia multos, & maiores superare.

Nec dicere ommitto, quod quandocunq; vera esset eorum opinio, adhuc in præsen-
41 ti casu pœna cessaret, cum diu † hoc dissimulauerit filia Rom. comm. concl. lib. 3. tit. de sec. nup. concl. prima nu. 37. Mysing. obs. cent. 5. obs. 24. nu. 8. Cum enim
42 irrogetur in vindictam † iniurię, qua maritus, & filij affecti sunt, vt legitur Thomo primo Recep. sent. tit. 5. loco. 3. cap. 4. vers. Et mulier, & vers. Et præmissa,
43 consequens est, † quod anno terminetur l. in honorarijs ff. de act. & obl. Io. Pa. in Comm. ad consu. Burbo. tit. 3. §. 15. vers. illas vero.

His sic positis, non obstant superius in principio pro ratione dubitandi deducta. Et primo quod in successione filia cum patre concurrat per auth. defuncto; cum qualitas concursus à statuto requisita non concurrat.

Quia Respondendo negamus omnium concursum, ad singulorum successionē qualificandam requiri, Imò conditionem sequentem, *Et non essendoli questi*, debe-
44 re prius in singulis † purificari, supra probauimus, vt notatur in §. si igitur in auth. de her. ab intest. sicuti, & statutum non
45 extantibus masculis & c. Interpretatur † de singulo masculo, vt tradit Laur. de Palatijs trac. existen. masculis nu. 23. Alc. in l. non est sine liberis vers. sicut ff. de verb. signific.

Non obstat, quod in concursu per statutum vocentur fœminæ ibi, *Et questa dispositione cosi habbi loco &c.*

Quia Respondetur eius clausulæ talem non esse sensum, quia multa absurda secum traheret: Vnum quòd inanis, & frustra-
46 toria † redderetur tota ipsius statuti structura, qua seriatim describitur, quo quisque loco succedat con. l. hæc stipulatio §. fin. ff. vt leg. nom. cau. Alterum quod in
47 eodem † capitulo induceretur contrarietas, & repugnantia contra §. quibus in
48 prima Const. C. Nec non Instantanea † correctio minimè præsumenda l. non ad ea, vbi gl. ff. de cond. & dem. Sed eorum
49 verborum hic est planus † intellectus, qd quemadmodum fratres vtrinq; coniuncti excludunt consanguineos tantum, in vniuersis, bonis, demptis paternis, sic & sorores vtrinq; coniunctæ excludunt consanguineas. Et sicuti in bonis paternis est vinculorū inter masculos differentia sublata, sic & inter fœminas censeatur dispositum. Huncq; sensum à maioribus nostris fuisse communiter secutum, obseruaui, & nulla restat contradictio, Ergo à
50 nobis † sequendā est Bart. in l. fin. §. idem quæsi-

quæsi-

quæsiuit vers. respondeo, debes scire nu. 4. ff. de cond. indeb. Dec. in l. vbi repugnantia nu. 4. ff. de reg. iur. Caball. mill. Iuris cap. 182.

Non obstat cōsuetudo allegata ad filiæ coadiuuandum concursum cum patre: Quia Respondetur. Tùm talem non extare cō-
51 suetudinem; Tùm neq; per nos † potuisse induci statuto cōtrariam Caualch. trac. de Tut. nu. 45. & seq. Tùm etiam si quæ
52 inducta erat eam † ex nouissimis capitulis fuisse sublatam.

Non obstant in contrarium allegata super secundo articulo, Quia procedunt de iure communi, & stante simplici dispositione statuti patrem ad successionem filij filia exclusa vocantis, quod simplex statutum illam recipit interpretationē; At secus est in nostro statuto, quod propter vniuersalem clausulam: *Sia preuenuta d'onde si voglia*, Et propter plurium matrimoniorum commemorationem, & per alias supra adductas rationes non potest salua ratione
53 recti sermonis fic† interpretari ad tradita per Bart. in l. Aurelio §. caius nu. 10. ff. de lib. leg. & in l. emptor §. lucius num. 3. ff. de pac.

In quibus duobus articulis finaliter concludo hæreditatem vniuersam filij defuncti ad patrē, filia exclusa, omnino pertinere.

Io. Franciscus Schenardus.

SVMMARIVM.

1 *Taleæ solui debent per Emptorem.*
2 *Venditor si taleas soluit, repetit ab emptore.*
3 *Ampliatur etiam quod venditor sit allibratus.*
4 *Onus soluendi Gabellam contractus, vel laudemium ad emptorem spectat.*
5 *Debitor pignoris non creditor taleas, & onera subit, & si Creditor soluit, repetit a debitore, declaratur nu. 29.*
6 *Ratio Talearum est fructuum commoditas nu. 10.*
7 *Onus iniungitur illi, ad quem emolumentum pertinet.*
8 *Substituitur in onere qui succedit in honore num. 9.*
10 *Fructus est ratio collectarum.*
11 *Vsuras percipiens pretij, dicitur fructus rei in effectu habere.*
12 *Ciuiliter qui possident, & fructus suo iure faciunt tenentur ad collectas.*
13 *Creditor ciuiliter possidet.*
16 *Percipientis vsuras fœnus interesse, & similia tenentur ad collectas, & num. 30. & 31.*
17 *Collecta imponi debet pro patrimoniorū viribus cuiusq;.*
18 *Verbum patrimonium quomodo intelligatur.*
19 *Tantum minus quis habet quantum onus est.*
20 *Extimus variari debet prout quis ditior vel pauperior sit.*
21 *Facultatibus lapsi non exiguntur.*
22 *Pensionarius contribuit in oneribus cum beneficiato pro rata.*
23 *Onus diuiditur inter dominum, & emphiteotam pro rata vtilis & directi dominij.*
24 *Multa in genere conceduntur, quæ in specie prohibentur.*
25 *A persona ad rem valet argumentum.*
26 *Creditor contribuit in exactione taleæ sicut alius de vniuersitate.*
27 *Emptor tenetur facere precisè pretium emptoris.*
28 *Venditor solum tradere tenetur.*
29 *Creditoris quando sit onus soluendæ taleæ super pignore vel Hippoteca incumbentis.*
32 *Collectæ, & Decimæ æquiparantur.*
33 *Decimæ debentur de solis licitè quæsitis.*
34 *Venditor, & debitor soluentes taleas tamquàm allibrati repetunt ab Emptore, & Creditore.*

ARGVMENTVM.

Exigens fictum siuè in pecunia siuè in alia re super aliquo capitali sub hippoteca siuè generali siuè speciali tenetur ad collectas, & quomodo.

CON-

CONSILIVM IX.

Pro Domino Hieronymo Besta, contra Dominos Francos.

INITIVM A DOMINO.

MAgnificus D. Hieronymus Besta habuit ab Illust. Equite Domino Nicolao de Burmio, de pluribus bonis Venditionem pro cuius pretij quodam residuo Venditor fuit obligationis Instrumentum ab Emptore stipulatus cum omnium bonorũ hippoteca, interesse annuo soluendo & clausula constituti. Nunc proponitur mihi quod emptor conuentus à Magnificis Dominis Franchis cessionarijs dicti crediti obligationis Taleas seu collectas sibi pro rata crediti iam solutas compensari, vel reddi petit. Ad quod cùm de iure actores teneri recusent, quęritur quid sit superinde statuendum.

Ego de hac quæstione consultus (vt inutilia prætercam) pro Magnificis Dominis
Franchis respondendum prima facie puta
ui ex tex. in l. fructus C. de act. empti, quo
1 ad emptorem † huiusmodi onera statui-
2 tur pertinere. Quinimo si ca venditor †
substineat ab emptore repetere vult Bald.
in l. si negotia C. de neg. gest. Burr. cons.
60. per totum Boss. in tract. de principe
nu. 105. & sequenti etiam quòd venditor
3 restet in æstimo † descriptus Alex. consil.
4 147. num. 5. vol. 5. Sic & † in Laudemio
Gabella & Rachatu iuris esse scribit Ca-
ball. mill. iuris capit. 121. Boer. ad consu.
Bitur. tit. des costumes des fiefz. §. 3. Io.
Saison ad consu. Taur. tit. 14. artic. 15.
Quod & ad pignora extensum est, vt de-
5 bitor cuius est dominium † non creditor
onera subeat, & creditor soluens à debi-
tore repetat Bal. in l. in summa C. de pig.
& in l. cum notissimi nu. 11. C. de presc.
30. ann. Cassa. ad Consue. Burg. Rub. 4.
§. 6. in tex. & supporter num. 8. Quorum
6 ratio † est quia cùm emptor percipiat fru-
ctus, sic & debitor, (vt & ipse D. Hieronymus) fructus colligat, ipsum quoq; huiusmodi functiones sustinere congruum videtur, vt no. in d. l. fructus tex. in l. si pendentes §. si quid ff. de vsufr. Caball. mill. Iuris cap. 524. Boer. ad d. consu. bitur. tit. des costumes des fiefz §. 9.

Quibus minimè obstantibus contrarium opinor verius esse vt scilicet Domini Franchi teneătur talearum onera super toto ipsius Domini Hieronymi patrimonio incumbentia pro rata capitalis in se suscipere, ipsumq; D. Hieronymũ seruare indemnẽ.

Iuris regulæ hoc primò suadent, quod cui e-
7 molumentum † pertinet, eidem onus quo
què pro rata iungatur l. secundum naturã
8 ff. de reg. iur. Et rationi † congruit quòd
substituatur in onere, qui succedit in ho-
nore Reg. rationi congruit in 6. Nec feren
9 dus † qui lucrum complectitur, onus au-
tem subire recusat l. vni. §. pro 2. in fi. C. de
cad. toll. Quibus argumentis in præsenti
materia vtitur Ioseph. Lud. in Peru. decis.
43. nu. 5. Cass. ad consu. burg. Rub. 4. §. 6.
in tex. & supportier nu. 7.

10 Secundò fructus collectarum † ratio est
Boss. in trac. de prin. nu. 120. vers. & fateor
post Ias. in l. 1. C. de iu. Emphit. & dixi in
rationibus dubitandi num. 6. Sed Domini
Franchi licet in pecunia fictum percipiant
11 vel vsuras, fructus tamen † in effectu di-
cuntur habere Cach. decis. 83. nu. 6. Dec.
consil. 156. num. 4. vers. & ista conclusio
Bal. in l. 1. col. 1. in fi. vers. 6. in munere
C. de iu. emph. Ergo, & collectas eos su-
stinere consequens est.

Tertiò accedit doctrina Alex. consil. 35. nu.
11. vol. 4. Bell. consil. 27. nu. 10. Cach.
decis. 83. nu. 6. Nattæ cons. 114. num. 16.
Eos teneri, qui possident ciuiliter & fru-
12 ctus suo † iure acquirunt exemplificantes
in emphiteota fructuario, & similibus.
13 Sed creditor ciuiliter † possidet gl. in l. 3.
§. ex contrario vers. sed Io. ff. de acq. poss.
tex. in l. 1. §. per seruum ff. eo. gl. fin. in l. in-
ter debitorẽ in fi. ff. de pac. maximè quò
14 ad huiusmodi effectus in possessione † per
manentes Bald. in l. cum notissimi nu. 10.
C. de præsc. 30. ann. Et fructus creditores
inquam isti in pecuniam conuersos vt su-

pra dixi suo iure contractus percipiunt ergo soluere debent: Quam conclusionem
16 † probat tex. in l. inter debitorem ff. de pac. & ibidem Bart.

Quartò adducitur quòd pro viribus patrimo
17 nij † collecta imponi & solui debet Affl. ad const. Neap. lib. 1. tit. de contu. vniu. nu. 3. & 9. sicq; pro modo facultatum, seu vt dicitur per æs & libram Affl. ad d. const. tit. de mal. dand. libri primi nu. 32. & 124. Bart. & Doc. in l. 4. §. actor nu. 2. ff. de re iud. Dy. consil. 52. nu. 3. Io. Pa. ad const. Neap. §. 190. Cach. decis. 181. nu. 18. Bal. in l. etiam nu. 28. C. de exec. rei iud. Patri-
18 monium † autem de eo quod ære alieno deducto superest interpretamur cum glo. in l. siuè generalis in verbo non valet ff. de iu. do. per tex. in l. quantitas patrimonij ff. ad l. fal. Boss. trac. de prin. nu. 124. Quo-
19 niam † quis tantum minus habet, quantum refert onus Dec. d. consil. 156. nu. 20. Boss. d. trac. de prin. num. 124. Idem Dec. cons. 167. nu. 2. Hinc scriptum reliquit Idem Io. Papo d. §. 190. quod æstimus va-
20 riari † debet, vt ditior & pauperior sit ali
21 quis: Et qui lapsi sunt facultatibus † non conferunt Bal. in l. etiã nu. 28. C. de exec. rei iud. Sed ij, quibus accrescit quod alteri labitur iur. alleg. Ergo ex prædictis liquidò constat ad D. Hieronymum taleas & collectas spectare solas, quæ super patrimonio incumbunt, quod sibi deducto onere superest; Reliquas verò ab alijs sustinendas.

Quintò & vltimò confirmatur prædicta conclusio ex eo quod in simili quæstione Doctores responderunt quòd scilicet ille cui
22 beneficiatus pensionem in pecunia † soluit decimas & taleas, ac huiusmodi onera pro rata pensionis contribuit Cass. ad consue. Burg. Rub. 4. §. 6. in tex. & supportier nu. 7. Dec. consil. 156. per totum. Sic & in Emphiteota & domino onus pro rata
23 vtilis & directi dominij † distribuitur, Boss. d. trac. nu. 124.

Non obstant modò contraria: Et primo non obstat tex. in l. fructus C. de act. emp. & sequentia vsq; ad vers. sic & in: Quia respondetur de fundo dũtaxat vendito eius tex. & sequentium particularẽ esse dispositionẽ vt scilicet illius fundi onus emptori pertineat, quæ dispositio præsenti nõ contrariatur responso quo totius patrimonij onera Dominos Francos sustinere diximus ad ratam, cùm & ad omnia bona eorum hippotecam voluerint extendi, suorumq; fictorum præstationi omnia emptoris bona esse obnoxia, vt sic iura concordentur, concordiaq; iuuatur ex ratione diuersa, cùm sic in genere minora sustineant, quemadmodum videmus neq; totũ genus onere grauari, ac alia pleraq; in ge-
24 nere † concedi, quæ prohibentur in specie l. quædam ff. de acq. re. dom. & ibi gl. Fab. demon. trac. de emp. & vend. quæst. 4 prin. nu. 44. Tiraq. trac. res inter alios acta col. 8. vers. 9. hoc fit Soc. Iun. cons. 72. nu. 8 vol. 1. Ceph. cons. 64. nu. 14. & 15. vol. 1. Nec mirum quod res vendita in computatione patrimonij quemadmodum & cre-
25 ditor, (à persona enim † ad rem valet argumentum Fuer. in loco à pers. ad res) in-
26 ter collectandas † connumeretur Mars. in trac. bann. in verbo villis nu. 62.

Non obstat quod sequitur de laud. Gabella &c. Quia respondetur eorum rationẽ non fructuum esse commoditatem sed contra-
27 ctum, quo emptor totum † pretium dare tenetur & venditoris præcise facere suum l. qui concubinam §. qui hortos & l. pen. §. fin. ff. de leg. 3. gl. fin. in l. quæro ff. de vsufr. leg. Venditor autem non dare sed tradere
28 dumtaxat † compellitur gl. in §. pretium in verbo persoluatur & verbo tradatur Instit. de act. l. vbi autem §. fin. cum gl. ff. de verb. oblig. Meritò ista ab emptore, Annua autem vt supra à venditore, pretij subficto & hippoteca creditore agnosci dẽt.

Non obstat quod de debitore & creditore sequitur ex scripto Bal. Quia respondetur illud sic cum prædictis conciliari, vt eo casu
29 quo creditor nullam percipit fructuum † commoditatem, vel perceptam in sortem, computet iuxta l. si dominium C. de pign. & l. 1. C. de distr. pig. non teneatur ad huiusmodi onera, cum eo casu cessent rationes prædictæ: Quam distinctionem colligo etiam ex tex. in l. filij §. fin. ff. ad mun.

cum

cum Cach. decis. 83. nu. 2. & Bal. in l. etiã
C. de exec. re iud. nu. 28. Alba consil. 40.
nu. 7. & seq. Plott. consil. 37. nu. 18. tradi-
tur enim in eis locis, quòd qui interesse
30 vsuras vel fenus † exigunt ad onus colle-
ctarum compelli debent concordat tex. in
31 §. & in hoc in aut. de coll. dicens † quod
qui a possessoribus sub hippotecis aliquid
percipiunt, licet in æstimo hippotecæ non
nominentur, tamen ab exactoribus & ab
eis quibus periculum exactionis imminet
exigi possunt.
Nec obstat si dicatur tex. d. l. filij intelligi de
eo fenore quod iniustè exigitur; Quia re-
spondetur contrariam potius sumendam
esse interpretationem cum collecta & de-
32 cima † æquiparentur Bal. in l. neminem
C. de sac. eccl. Vicent de Franchis decis.
107. nu. 10. Cass. ad consu. burg. Rub. 1. §.
4. vers. extraordinariam Cach. decis. 83.
33 nu. 1. Quæ de solis licitè acquisitis † debe
tur e. ex transmissa cum gl. in c. pastoralis
in verbo quasi de lucro extra de deci.
Ex quibus omnibus, prout supra in Decisio-
ne scripsi, hic quoq; concludo cum sigil-
li mei, & meæ subscriptionis testimonio,
Hoc addito quod si taleas retro Dominus
Hieronimus (Dominis Franchis secundũ
34 prædicta spectantes) soluit, ab eis † repete
re possit per ea quæ tradit Bald. in l. si ne-
gotia C. de neg. gest. Butr. cons. 60. per to-
tum Alex. cons. 147. nu. 5. vol. 5. Cotta in
suis memorab. in verbo collecta.

Io. Franciscus Schenardus I. V. Doc.

SVMMARIVM.

1 *Exactores Talearum non conueniunt possessores nisi allibrato prius excusso.*
Declaratur num. 5.

2 *Creditores excluduntur qui in termino cridarum non opponunt.*

3 *Differens exigere, si interim debitor sit non soluendo, non potest deinde alios in subsidium molestare.*
Declaratur num. 20. & 21.

4 *Emphiteota qui non possidet nõ conuenitur.*
Declaratur num. 24.

6 *Ius in rem competit pro credito in rem ipsam contracto.*

7 *Ad onus reale possunt possessores rectà via conueniri.*

8 *Actio realis vel in rem scripto sola triginta annorũ spacio præscribuntur.*

9 *Vnica monitio potest purgari.*

10 *Monitiones binæ requiruntur ad plenum præiudicium.*

11 *Primum Decretum habet vim citationis.*

12 *Tertius ordinariè procedens auditur contra secundum decretum.*

13 *Minores aduersus Cridarum effectum restituuntur.*

14 *Statutum excludens creditorem post decennium non habet locum in eo cui competit ex legis dispositione actio in rem.*

15 *Hippotecariæ ad hoc vt ex statuto prædicto præscribatur, requiritur quod præscribens toto statuti tempore possideat.*

16 *Statutum de personis loquens non comprehendit vniuersitates.*

17 *Statutum secundum generale non censetur derogare præcedenti statuto in specie disponenti.*

18 *Coram Arbitratore præscriptio vix attenditur.*

19 *Accessorium non regulatur à natura principalis inducta per Statutũ correctorium.*

22 *A quo remouetur quod est maius multò magis quod est minus.*

23 *Statutum quod ficta à tribus annis supra non possint peti non habet locum in illis fictis, & interesse quæ certo fundo non sunt imposita.*

25 *Eadem in rem actio competit per accessorijs, quæ pro principali.*

ARGVMENTVM.

Agitur de Exactione talearum, & de exceptione excussionis, præscriptionis, editæ proclamationis, & alijs defensionibus competentibus tertijs bonorum possessoribus; Nec non traditur interpretatio ad plura statuta.

CON-

CONSILIVM X.

Pro Quadra Nobilium Sondrij contra plures tertios possessores bonorum pro talens præteritis conuentos.

INITIVM A DOMINO.

NItuntur plures conuenti pro solutione collectæ cõdemnationem his dubitationibus reparare.

Prima quia licet possessores, non sunt tamen
1 descripti, quorum præmittenda est † excussio, vt in terminis tradit Rol. à Valle consil. 32. vol. 1. Aret. cons. 105. nu. 1.

Secunda quia cùm pro suorum titulorum Tutela præmissa fuerint proclamata, nunc vi
2 dentur Actores sine † actione experiri, vt videt tex. formalis in l. si eo tẽpore C. de re miss. pig. Ioseph. Lud. Perus. decis. 42. nu. 4.

Tertia, quia cum ab impositione compartiti hactenus spacium annorum 22. intercesserit, consequens est Actores statuti 165. allegatione excludi, quo omnes in præscriptionibus priuilegiati videntur æqualiter determinari: Quod fortius huic credito obstare debet, quod vti ad Decimas accessorium deberet sub annali præscriptione alterius statuti cap. 221. comprehendi.

Quarta, quia cum ipsa exactione tamdiu retardata pricipales descripti effecti fuerint non soluendo, videntur hi, possessores hac
3 exceptione sola † tuti, vt in terminis tradit Ias. in l. decẽ nu. 25. ff. de verb. obl. Achill. Pedroc. cõs. 13. nu. 14. & cons. 26. nu. 44.

Quę dubitationes quatenus sorti nõ obstent, in accessorijs tamen, quorum ante venditiones iam dies cesserat, admitti debent, tum propter rationem Statuti de fictis à tribus annis supra non petendis; tum ex traditis per Ceph. consil. 200. lib. 2. nu. 1.
4 qui neq; emphiteotã † dum non possidet, conueniri posse consuluit, cui iungitur Cam. Bor. cons. 40. Gui. Pa. decis. 165. Ioseph. Lud. Perus. decis. 35. nu. 4.

Quibus tamen minimè obstantibus, partes Iudicis esse in ipsis condemnandis ad solutionem sortis, & interesse superinde cursi, certi iuris esse censeo, cùm pro his consequendis in rem contra possessores sit prodicta actio, quæ, (cum ea communitatis
5 accedente † volũtate exactor experiatur) ommissa discussione procedit, vt distinguẽdo tradit Thesau. dec. 164. ad fi. Quæ eo magis recipienda est distinctio, cum ex bonis ipsis summa debeatur, pro quibus
6 reparãdis † ab onere decimæ expensa fuit argu. l. si creditor ff. si cert. pet. & l. fi. §. in computatione, & ibi no. Doc. C. de iu. delib. Quo casu vniuersitatis etiam circumscripta voluntate expressa, possessores via
7 directa † posse conueniri tradit Crau. cons. 217. num. 5. in fi. Quæ actio, cùm ei iure
8 communi † solo præscribatur 30. annorũ spacio vulg. l. sicut C. de præsc. 30. ann. gl. in l. hæreditatis C. de pet. hæt. cum similibus, adhuc in viridi executione competit, iunctis præcipuè, quæ sequuntur.

Non obstant modò contraria, Et primò non obstat prima dubitat, quia ad eam ex prædictis colligitur responsio duplex Thesauro vnius Crau. alterius authore.

Non obstat secunda quia cũ vnica fuerit mo-
9 nitio † hac comparitione purgatur Bal. in l. diffamari num. 11. ff. de ingen. & manumiss. cùm irreparabile præiudicium in bi-
10 nis † cõsistat monitionibus dumtaxat Ias. in l. rem quæ nobis in fi. de acq. poss. Alex. consil. 108. in fi. vol. 1. Ang. trac. de malef. in gl. & ad querelam nu. 59. Ad quod facit tex. in l. à diuo Pio §. sed si addictum ff. de re iud. vbi licet primum præcesserit decre
11 tum quod † citationis vim optinet Borgn. Caual. decis. 17. nu. 7. par. 1. nihilominus
12 præiudicium secundi Tertius ordinariè † agendo purgat de quo tex. tractat Couar. prac. quęst. cap. 14. & 15.

Quod præiudicium quatenus & plenum fateamur, cum vniuersitatis & minorum (qui à pari procedunt, vt scripsi consil. 3. nu. 13.) interesse tractetur, in integrum
13 nihilominus restitutione † eliditur vulg. titul. C. si adu. præsc. & C. si adu. sent. Et in terminis tradit Boer. decis. 142. Plotus super Decre. de 60. ad cridas pon. versic. Decretum inquit.

Non

Non obstat tertia quia ad eam multiplex oc-
currit responsio. Prima quòd statutum il
lud ad huiusmodi credita, pro quibus con
sequendis in rem actio ex legis dispositio-
14 ne † competit, non refertur secundùm in
terpretationem Gabr. Rom. consil. 8. in fi.
vol. 1. & Lud. Rom. consil. 201. in prin.
vers. quamobrem. Maximè cùm tamdiù
15 non possederint † hippotecas Fulg. cons.
122. in fine.

Secunda est responsio, quòd vniuersitas hoc
statuto non continetur, quod de personis
16 † scriptum est Castr. in auth. item quicun-
què de epis. & cler. Bal. l. 2. C. de impub. &
in Rub. C. ad Trebell. & ibidem Castr. Io-
seph. Lud. decis. Lucen. 39. num. 33. 34.
& 37.

Tertia est responsio, quòd, cùm statutum
præcedens 164. iura Cōmunitatum præ-
scriptione remota perpetuò conseruet, nō
17 debet sequens ad correctionem † præce-
dentis referri, quod in alijs priuilegiatis sa
tis operatur Osasc. dec. 167. nu. 17. Borgn.
decis. 6. nu. 4. & Menoch. consil. 187. nu.
37. vol. 2.

Quarta est responsio, quod hæc exceptio,
cùm lis coràm Arbitratore tractetur, vix
18 attendi † debet teste Fulg. cons. 107. Balb.
trac. præscrip. par. 1. quæst. 5. nu. 8.

Non obstat quod sequitur à natura Decimæ,
cui ius hoc, quod prætenditur, accesso-
rium est. Quia respondetur, quòd ad hoc,
quamquàm admittatur accessorium esse,
non extenditur natura principalis à corre-
19 ctorio statuto inducta Cagn. in reg. cum
principalis num. 6.

Non obstat quarta, cui dupliciter responde-
20 tur. Primo procedere † cùm quis denun
ciatur, vt aliquid faciat, quod facere te-
netur, & ommittit, vt est tex. in l. si fide-
iussores ff. de fideiuss. vbi Pau. de Castro
& in l. si fideiussor eo. tit. Mascar. trac. pro
bat. concl. 1093. At hic & denuntiatio,
& excutiendi obligatio cessat, & cessabat:
Ergò &c.

Respondetur secundo dubitationē non pro-
cedere ad præiudicium minorum, & vni-
21 uersitatis, in quibus id non reperitur † iu-
re cautum, sed potius ipsis nullum ex mo-
ra præiudiciū generari l. fin. C. in qui. cau.
in integ. rest. & probat in his terminis tex.
in allegata l. si fideiussores.

Tertiò respondetur, quòd cum ex prædicto
stat. 164. & iuribus allegatis remoueatur
longissima præscriptio, multò magis cen-
setur remota exceptio leuioris negligen-
tiæ, ex reg. illa a quo remouetur, quod est
22 maius à fortiori remouetur † quod est mi
nus vulg. auct. multò magis cum ibi nota-
tis C. de sacros. Eccl. Euer. in loco à maiori
pręcipuè cum Statutum vlterius iura com
munitatum conseruando disponat.

Non obstant quę sunt ad accessoria in contra
23 rium opposita, quia ad rationem † Statu-
ti de fictis non petendis &c. obstat in ter-
minis decisio Cottæ in memor. in verbo
solutio qui dicit illud ꝓcedere in fictis tm̄
super certo fundo conuentis: Simile autē
ex emphiteota tollitur, cùm id tempore
24 institutæ † actionis intelligatur, vt ex eo-
dem Ceph. colligitur nu. 4. Quod in præ-
senti casu cessat, quo contra possidentes
25 contenditur, contra quos eadem † pro ac
cessorijs, quæ pro sorte competit actio l.
Lucius titius: qui pot. in pig.

Quibus stantibus proutsupra decidendo con
clusi, iuris esse censeo secundùm ea, quæ
supra proponuntur.

Ego Idem I. V. Doc. Schenardus.

SVMMARIVM.

*1 Possessor, contra quem præsumptio vr-
get, tenetur ostendere titulum suæ pos
sessionis.*
*2 Reus ad Actoris intentionem coadiuuan-
dam tenetur edere.*
3 Epistola probat contra scribentem.
*4 Ius recuperandi, seu gratia, probatur con-
iecturis.*
*5 Edere qui tenetur si non edit, potest haberi
pro confesso.*

ARGVMENTVM.

IVs recuperādi, quod vulgò gratia
nuncupatur coniecturis, pręsum-

ptionibus, & adminiculis probari nisi titulj exhibitione purgentur.

CONSILIVM XI.

Pro Domino Carolo Pertalotio contra Dñu P. Martirem Perstalotium.

INITIVM A DOMINO.

Audiuimus quæstionem, quæ inter D. Carolum Pestalotiũ & D. P. Martirem Pestalotiũ sub iudice pendet appellationis. Qui Iudex quid de iure superide dicere sua sententia debeat, consulimur: Cui nostre Consultationi nobis in facto prius supposita præponimus, vt inde quisq; elicere possit quatenus cõtrouersiæ decisio conueniat, hoc vnum est, quòd supponitur D. Carolum à Domino P. Martire litteras accepisse, quibus ius ipsum exigendi conceditur competere, à cuius tamen prosecutione Dominus Carolus abstinere rogatur.

Secundum hoc aliud est, quòd nobis exhibetur quædam ipsius iuris exigendi scriptura, quam Imbreuiaturæ exemplum esse scriptoris ipsius testimonio constabit; Quibus binis suppositis additur scripturas eiusdem Notarij qui rogatus asseritur, debita forma non custoditas facilè potuisse perdi.

Et cum ex eis enarratis sic stantibus, vrgens pro Actore ipso præsumptio saltem insurgat, consequens est non aliter Reum con-
1 demnationem euitare, quam suo titulo † Actori petenti exhibito iuxta Doctrinam Rimin. Iun. consil. 51. nu. 54. vol. 1. Achil. Pedroc. consil. 3. nu. 124. Qui concorditer tradunt, Regulam illam Neminem teneri ostendere titulũ suæ possessionis, non procedere cum possidenti aliqua præsumptio obstat, Quorum Riminaldi, & Pedrochæ Authoritas ex illa cõmuni Doctorum sententia tuetur Reum ad Actoris intentionẽ
2 coadiuuandã † edere teneri de qua per relatos ab eodẽ Pedrocha in cõs. 39. nu. 178.

Præsumptionem autem adesse probatur primo ex primo supposito ad tradita per Marti. Vran. consil. 65. num. 6. lib. 2. Qui
3 scribit epistolam † contra absentem scriptorem probare per tex. in l. publia. §. fin. ff. de pac.

Probatur ex probatione Imbreuiaturæ semiplena, quam ex contentis in secundo supposito elicimus iuxta tradita per Doc. in l. admonendi, vbi præcipuè Ias. ff. de iureiuran.

Quæ nos magis suadent, cum de gratia pro-
4 banda agamus, in qua probatione solas † coniecturas sufficere tradit Imola consil. 92. visis &c. Franc. decis. 105. nu. 23. post Cagn. in l. 2. quæst. 52. de pac. inter emp. & vend.

Quibus sic stantibus in hanc tutius agendo venimus sententiam, Reum teneri se tituli sui exhibitione à prædictis præsumptionibus purgare, Cuius si contumax fuerit, pro
5 confesso † habeatur iuxta responsum Purpur. in consil. 266. sub nu. 4. vol. 1. In quorum Fidem &c.

Io. Franciscus Schenar I. V. Doc

Ego Aristarcus Quadrius I. V. Doc. supradictã consultationem mea subscriptione sequor.

SVMMARIVM.

1 *Creditor. administrans bona debitoris præsumitur de credito satisfactus.*

2 *Præsumptio præcedẽs maxime procedit alijs adiuta adminiculis.*

3 *Mulier, quæ tutorio nomine alienauit bona filij, an possit emptores pro dote sua euincere.*

4 *Mulieri an ex actu praiudicium tacitum generetur sine proximioris consensu, stante statuto, quòd mulier sine consensu non obligetur.*

5 *Consensus proximioris satis est, quòd in tutela interuenerit, vt mulier ex sequentibus actibus obligetur.*

6 *Solemnitas eadem non requiritur in actibus ad priorem solemnem successiuis.*

7 *Mulier*

7 *Mulier, vt tutrix alienans emptori quẽ scie bat posse sua dote expelli, tenetur de dolo.*
8 *Dolus est Delictum.*
9 *Dolus est Delictum, etiam quod non sit punibilis.*
10 *Mulier sine consensu obligatur in delictis.*
11 *Tertius possessor cũ titulo praescribit decen. aduersus creditorẽ agentem hippotecaria.*

ARGVMENTVM.

MVlier an possit pro iuribus Dotalibus hippotecaria experiri contra bona, quae ipsa tutorio nomine vendidit, vbi de plurum Rei defensionibus agitur.

CONSILIVM XII.

DIVINO NOMINE

Iterum repetito.

IN sententiam alterius Excellẽtissimi domini Consultoris proximum me ducit fundamentum, q, cũ Breda ipsa bona iam diù vsq; ad decoctionem administrauerit, praesu-
1 matur † de dote satisfacta Ang. in l. sed si damnum §. peculium de pecul. Affl. decis. 13. nu. 14. & 17. Crau. cons. 129. nu. 5. Menoch. lib. 3. praes. cap. 103. num. 12. Mago. decis. 121. nu. 6. Florenti. Temporis lapsu, eiusq; taciturnitate praesertim
2 ad adminiculum † iunctis, vt in praecitatis locis affirmant Crau. & Menoch.
Non parum sibi quoq; obstat, quòd ipsa emptoribus conuentis vendiderit tamquàm filiorum tutrix, aduersus quos emptores
3 ad proprij facti † contrauentionem audiri non debere tradit Crau. in quaest. de indemn. mul. nu. 13. 14. 21. & per totã; Cui fundamento quamquàm illa difficultas excitari possit, quòd in muliere procedere non possit ad eius praeiudicium proximio
4 ris † deficiente consensu stante statuto requirente consensum proximiorum vt obligari possit, prout est apud nos, & vbiq; ferè Italiae vt sentit Alex. in l. quaesitum de In ius vocan. Nihilominus ad difficultatẽ responderi potest (vltra quod statutum praedictum locũ non habere in tacitis praeiudicijs probat Hiero. Maril. decis. 31. nu. 12.) sat esse quòd consensus in susceptio-
5 ne tutelae accesserit † vt de obseruantia attestatur Boss. in tit. de pace. nu. 31. Quod idem innuit Lambert. in comm. ad stat. de contrac. mul. gl. 3. quaest. 12. nu. 27. & seq. Crau. in alleg. quaest. num. 43. Non enim
6 huiusmodi repetitur † solemnitas in actibus ad priorem solemnem successiuis Bal. in l. 3. §. sed verum col. 1. vers. in ea gl. ff. de min. Alex. consil. 61. col. 2. vers praetereà posito vol. 5.
7 Doli quoq; subnouebitur † exceptione cum sciens posse sua dote expelli, id tacens, ipsa vendiderit, vt subtiliter animaduertit in d. quaest. Crau. d. nu. 13. And. Gail. lib. 2. obs. cap. 15. num. 8. Post Bal. in l. pro debito in fi. C. de bo. aut. Iud. poss. ad quod adduco tex. in l. emptorem §. sed & si, & §. sed in suprascriptis de act. emp. Iuncta
8 l. tenetur §. fi. ff. eo. Dolus † enim dicitur delictũ Ias. in §. Item si quis nu. 108. Inst.
9 de act. licet † etiam non punibilis Ias. in l.
10 1. num. 6. ff. ne quis eum qui, in quibus † mulier remota solemnitate statuti obligatur Mathesill. sing. 168. Tiraq. de leg. con nub. gl. 5. quaest. 13. nu. 1, 4. Addere finaliter non praetereo possessores annorũ
11 decem † sine praedictis esse tutos per l. 2. C. si adu. cred. praesc. oppon. Crau. consil. 148. nu. 6. In quorum fidem cum sigillo subscripsi.

Ego Io. Franciscus Schenardus I. V. Doctor.

SVMMARIVM.

1 *FIlia, qua tempore finis habuit legitimam integram, non potest petere suplementum in facultate postea superaddita.*
2 *Contrahentes debent aequaliter periculo futuri euentus subesse.*
3 *Dotis tractatus ex regionis consuetudine sumendus.*

4 *Filiam sola integra legitima perceptione excludi.*

5 *Filius est capax contractus, & obligationis sinè patris consensu.*

6 *Filius potest disponere de bonis, in quibus patri non quaritur vsusfructus sine eius consensu.*

7 *Ratio qua sit statuti requirentis consensum in contractu mulieris.*

8 *Consentire mulieri non potest ille, cui aliquid ex eo contractu acquiritur.*

9 *Pater non consentit filia sibi renuntianti, maximè cum ex renuntiatione nepotes ex ipsa filia excluduntur ab eo quod renuntiatur.*

10 *Ampliatur patrem non consentire contractui, in quo sibi acquiritur, etiam quòd contractus fiat per interpositam personam.*

11 *Excluso vno à prestando consensu in contractu mulieris, debet alter proximior substitui*

12 *Consensus non requiritur in actu praecedentis contractus executiuo, si in contractu praecedenti interuenit.*

ARGVMENTVM.

FIliam, quæ legitimam tempore finis inspecto habuit, nil vlterius petere posse, licet patris facultates augeantur, & defenditur finis ab impugnatione, quæ fit ex defectu consensus patris.

CONSILIVM XIII.

IN DEI NOMINE AMEN.

IN casu propositæ finis non hæsitabitur filiã ipsam, cui frater & socius ex patris stipulatione tradiderunt legitimam integram, ab eaq; renũtiationem cũ iuramento receperunt, ab in superuenientis facultati-
1 bus † patris, concursu excludi, prout de cõmuni attestãtes firmiter asserunt Anch. quæst. 51. incip. pater suis filiabus per totam Boer. decis. 62. num. 15. & per totam. Fran. Milanen. Regni Sicil. decis. 10. nu. 64. Et nouissimè enumeratis in hanc sententiam Bal. Castr. Ias. Iacob. Butr. Corn. Rui. Alb. Bru. Soci. Alex. Ang. Imo. Cur. Iuniore Dec. Crau. Natta Gram. & Ripa hoc esse verum, æquum, & iustum consuluit Gui. Panc. præceptor meus cons. 88. Dom. Franciscus per totum, Quod & alibi latè noraui ex Crass. Ceph. Burs. Decia. quos ne prolixior sim, studiosè prætermissi.

Quod fortius apud nos fatendum est, vbi ex statutis, & regionis consuetudine de dotibus lucrandis pater spe conuersi casus pri-
2 uatur, ne in dubij euentus † periculo iudicentur impares iuxta allegata per Rip. in c. cum M. Ferarien. nu. 38. vers. Ergo ne contractus, iuncta responsione ad primum dubiũ extra de const. & tradita per Boer. allegata decis. 62. nu. 11. Ad quam verò
3 regionis municipalem † legem attendendum docet Cotta in suis mem. in verbo Dos constitura filiæ.

Quinimmo etiam renunciatione remota sola
4 totius legitimæ perceptione † excludi testatur Emanuel Suarez Recep. sent. Iuris vers. legitima nu. 74. quem antedicta Decisio, 10. Milanen. refert sub nu. 61.

Nec obstat si nullitas ad dictum Instrumentũ finis ex defectu paterni consensus obijciatur, Quia respondetur nec ratione patriæ potestatis id esse verum, cum filius con-
5 tractuum sine paterno † consensu, vt insolidũ (Excepto Macedoniano, & voto) obligari possit, capax dicatur in l. fin. in prin. vers. siue è contrario C. de bo. quæ lib. gl. in l. 2. in verbo ait Prætor ff. quod cum eo. Bar. in l. non solùm num. 9. C. de bo. quæ lib. Soc. Sen. consil. 23. nu. 1. lib. 4.
6 Maximè † cùm de legitima contraxerit, in qua non ipsi patri, sed marito spectabat vsusfructus Crau. consil. 84. per totum. Stante tamen dispositione statuti contrarij cap. 137. in hac responsione non insisto sed in sequenti quæ communis est vtriq; obiectioni.

Nec ratione sexus, seù suæ imbecillitatis sup-
7 plendæ, cuius intuitu interpretatur † statutum

turum cap. 138. de adhibendo proximioris consensu esse factum per Bar. & Bal. in l. transactione C. de trans. Alex. in l. 1. ff. de auth. tuto. num. 8. & 9. & in l. 1. §. fuit quæsitũ ff. ad Trebell. Tiraq. de leg. conn. gl. 6. nu. 37. Quia respondetur id non procedere in casu nostro, quo per ipsam renunciationem bonorum renunciatorum ipsi patri socio contrahentis communica-
8 tur † vsusfructus, & proprietas Bar. in l. 1. nu. 5. & 6. ff. de auth. tut. Alex. cons. 106. nu. 5. in fi. quicquid ex Bal. subdat num. 6. vol. 1. Tiraq. de leg. connub. gl. 8. quæst. 13. num. 114. vbi de magis communi & vera, iuncto præcipuè num. 121. Cassa. ad consuetu. Burg. Rub. 4. §. 7. in tex. Des proschains nu. 15. Vrsill. in add. ad Affl. decis. 260. num. 13. & magis in terminis Plott. consil. 33. nu. 2. Soc. Sen. cons. 23. per totũ
9 lib. 4. Maximè ad exclusionem nepotũ † ex ipsa filia Dec. cons. 245. num. 6. etiam quod patri quæratur per interpositas per-
10 sonas † Bar. in l. pupillus §. fi. de auth. tut.
11 Vnde ex tenore Statuti alius † proximior, sicuti factum est, substituendus erat Plottus ad l. si quando nu. 351. C. vn. vi. Immò dici potest patris accessisse consensum cũ iam consensus ad hunc actum præcesserit
12 † in Instrumento societatis Bald. in l. 3. §. sed vtrum col. 1. vers. in ea gl. ff. de min. Alex. consil. 61. col. 2. vers. præterea posito vol. 5.

Ex quibus concludo, saluo tamen saniori iudicio, dictam Margaritam, quæ asseritur in eo Instrumento Finis, eoq; tempore inspecto integram recepisse legitimam, esse Iudicis ministerio ab alterius augmẽti petitione excludendam, ne id consequatur, quod non fuisset in casu contrario concessum l. pen. C. de solu. & l. de fideicommisso C. de transac.

Ego Idem Schenardus.

SVMMARIVM.

1 *AMITA prefertur fratribus patruelibus defuncti in eius successione.*

2 *Hæreditas defuncti postquàm est per hæredẽ adita, nõ dicitur amplius eius hæreditas.*

3 *Renuntiationes generales, quæ ad plures specificatas subijciuntur, restringuntur ad præcedentes.*

4 *Renuntiationes sunt strictĩ iuris, & odiosæ.*

5 *Renuntiatio de bonis fraternis non comprehendit bona, quæ ab ipso fratre in Nepotes peruenerunt.*

6 *Renuntians non censetur cogitare de futuris, nisi exprimat.*

7 *Renuntiatio generalis, & per verba futuri temporis non continet illud ius, quod post renuntiationem superuenit.*

8 *Renuntiatio de hæreditate viuentis in manibus tertij non valet, nisi ille consentiat, cuius est hæreditas.*

9 *Generalis renuntiatio ad omnia porrigitur.*

10 *Dispositio tantum operatur generalis, quantum specialis.*

11 *Generalia verba, vt generaliter intelligantur, sermonis est proprietas.*

12 *A proprietate sermonis non est recedendum.*

13 *Renuntiatio per vniuersales, & geminatas dictiones omni & quacunq; facta, omnia penitus includit.*

14 *Iuramentum habet vim expressiuam eius, quod specialem mentionem requirebat.*

15 *Limitatur regula supra posita, num. 3.*

16 *Clausulæ, de omni & quacunq; alia, proprietas non patitur restrictionem ad specificata.*

17 *Cogitare censetur de omni hæreditate, qui cuiuscunq; hæreditatis in genere mentionem fecit.*

18 *Cogitare in genere, vel posse in genere cogitari sufficit, vt de sic cogitato censeatur dispositum.*

19 *Spes cedi potest.*

20 *Declaratur, & 21. quod supra traditis. num. 7.*

22 *Renuntiatio verbis multum generalibus pregnantibus, & repetitis de futuris facta, comprendit etiã ius futurum, ad quod causa non erat, tempore renuntiationis, præsens.*

23 *Futura quæcunq; in renuntiationem venire, quoties hoc expressè actum apparet.*

24 *Contractus de hæreditate viuentium valet, vbi*

vbi est consuetudo sic contrahendi.
25 *Pactum de hæreditate viuentis valet, si persona singulariter non designatur.*

ARGVMENTVM.

Finis seu Renuntiatio de hæreditate Paterna, Materna, Fraterna, Auia, & generaliter de omni, & quacunq; alia, quæ de cætero competere potest, an comprehendat hæreditatem nepotis, vel aliam non specificatam.

CONSILIVM XIV.

IN DEI NOMINE AMEN.

Proponitur mihi Dominã Margaritam f. q. Domini Simonis de Ser Petro finem, & venditionem Dominis, Simoni, & Nicolao nepotibus ex fratre Domino Claudio fecisse de hæreditate paterna, materna, fraterna, auia, proauia, & sororia, & generaliter de omni alia hæreditate, & successione eidem Dominæ Margaritæ quomodolibet spectante, & pertinente, tam per testamentum, quàm ab intestato, & quæ de cæterò ei spectare, & pertinere posset, poterat, & potuisset quomodocunq; & qualitercunq; ab intestato tantùm: Item de legato in ea fine, & venditione memorato. Item de supplemento legitimæ: Et generaliter repetiit de omni, & quacũq; alia hæreditate; & successione eidem Dominæ Margaritæ spectante, & pertinente, & quæ de cæterò præmisso modo spectare posset &c. Et deinde Petrum Angelum nepotem ex altero fratre decessisse ipsa Domina Margarita amita, & quam tempore contractus nullus in gradu præcedebat, ac alijs Simone, & Nicolao nepotibus relictis: Inter quos nepotes, & amitã nunc de hæreditate dicti P. Ang. vertitur controuersia, de qua Ego prima facie pro Amita respondendum putabam sequentibus rationibus, & fundamentis, Hoc præmisso præsupposito prius, hæreditatem ex Statuti cap. 188. Dispositione, ibi, *& dipoi nelli Agnati, & Agnate più prossimi*, Ad
1 Amitam † non ad fratres patrueles in gradu remotiores pertinere, & ex iure cõmuni §. si vero neq; in auth. de hær. ab intest. Cui iuri succedendi non obstat allegatum finis, & venditionis Instrumentum. Primò
2 quia hæc iam per Nepotem adita † hæreditas non est amplius paterna, materna, fraterna, sororia, auia, nec proauia. Iaf. in l. 1. §. veteres nu. 14. ff. de acq. poss. Francus decis. 307. nu. 3. Decia. consil. 48. nu. 16. vol. 2. Ad quas specificatas hæreditates, generales sequentes renunciationes
3 restringi † debent l. fin. §. fin. ff. de trit. & vino leg. Cotta in suis mem. in verbo clausula generalis Decia. consil. 19. nu. 45. vol. 1. & nu. 80. & consil. 52. num. 25. eo. vol. Burs. cons. 347. nu. 14. lib. 4. Et ideò ipsius Dominæ Margaritæ de fraterna hæredita-
4 te Renunciatio, quæ † stricti iuris, & odiosa nuncupatur per Decia. consil. 52. num. 23. vol. 1. Burs. consil. 32. nu. 40. lib. 1. & Pet. de Beninc. decis. 72. nu. 6. Crau. cons. 42. nu. 2. Francum decis. 181. nu. 10. non
5 comprehendit † bona, quæ ab ipso fratre in Nepotem peruenerunt Purpur. in l. fin. nu. 198. vers. vltimam C. de pac. Francus decis. 307. nu. 5. Affl. decis. 178. num. 4. & traditur loco 12. Recep. sent. cap. 2. vers. quæro an filia Alba consil. 7. nu. 16. Maximè cùm nec de hac non nominata singulariter viuentis tunc Nepotis hæreditate
6 cogitasse † præsumatur tex. in l. emptor §. Lucius ff. de pac. & l. cum aquiliana ff. de transf. Alex. in l. qui Romæ §. duo fratres col. pen. de verb. obl. Thib. Decia. consil. 52. nu. 18. vol. 1. Crau. consil. 252. nu. 2. in fi. vers. tertio ex alio.

Secundò, quia in renunciatione quamquàm generali, & verbis futurum respicientibus
7 tempus concepta, non continetur † illud, ad quod ius post renunciationem superuenit Bart. & Iaf. in l. qui cum tutoribus nu. 2. ff. de transf. vbi infert ad successionem ab Intestato post remissionẽ obuentam. Francus decis. 181. nu. 4. Gui. Pa. decis. 229.

Tertiò

Tertiò, quia huiusmodi futurarum successionum cessio, vti respectu stipulantis habens
8 implicitum pactum succedendi † valere non potest, cui illius, de cuius hæreditate agitur, non accessit consensus, sicuti in terminis renunciationis consuluit Rob. maran. consil. 108. nu. 5. & tradit Alex. in l. stipulatio hoc modo col. 4. ff. de verb. obl. Crau. consil. 11. nu. 1. & consil. 42. nu. 5.

Quibus non obstantibus, in proposito casu contrarium sentio verius esse partium iuribus in reliquis circa contractus effectum manentibus intactis, quia generalis dispo-
9 sitio † porrigitur; vt omnia videantur remissa, nisi contrarium appareat gl. fin. in d. l. emptor §. fin. Bar. in l. de pupillo §. si in pluribus num. 3. in fi. vers. si verò fit. ff. de no. op. nunc. Alex. consil. 11. nu. 7. vol. 2. Crau. consil. 133. nu. 5. Et tantum valet in
Quibus itaque manifestè constat, Neptes ipsas de simulatione prædicta inutiliter, & calumniosè disputare.
Minus etiam probabiliter primam societatẽ contendunt esse renouatam.
Pro cuius ratione decidendi adducitur, q̃ stante diuisione prædicta habitatio, & actus sequentes debent ita interpretari, ne
39 videatur ✠ ipsi diuisioni derogatum, sed ita distingui, & conciliari, vt procedens ipsa conuentio sustineatur, Crau. cons. 26. num. 7. Interpretantur. n. ex causa præam
40 bulæ ✠ diuisionis possidere singuli. argu. l. quædam. de rei vend. Crau. vbi sup. nu. 5. Dec. cons. 618. nu. 2. Soc. cons. 220. nu. 10. vol. 2. Cach. decis. 58. num. 18. Quot.
41 nec voluntatis ✠ præsumitur mutatio Crottus cons. 40. num. 14. lib. 1. Et ideo d. nu. 7. infert Crau. quòd si sequatur cohabitatio, & fructuum communicatio, in-
42 de non inferri possit ✠ ad communionẽ proprietatis, Quod idem in terminis terminantibus post bina consilia Alex. tradit Grattus cons. 128. num. 8. Et post Saly. Decius cons. 21. nu. 6.
Regulare enim est per fructuum commu-
43 nicationem ✠ non fieri rem, seu proprietatem communem, vt authoritate Bald. Barb. probat Boer. decis. 214. num. 4. Rui. cons. 141. nu. 24. vol. 5. Anch. quæst. 74. nu. 4. Alex. cons. 77. num. 11. vol. 4. Dec. cons. 21. nu. 6. & cons. 651. nu. 2. Mascar. trac. prob. concl. 328. num. 7. Quemad-
44 modum & communicatio alterius rei ✠ societatem inducit in ea tantum. Menoc. d. cons. 12. num. 19. Anch. cons. 302. nu. 6. Decia. cons. 36. num. 10. lib. 1. Ceph. cons. 65. num. 42. lib. 1. Corn. cons. 299. num. 2. lib. 4. Crau. cons. 26. num. 1. & 7. Quorum ea est ratio, quia actus nostri vo-
45 luntarij non extenduntur vltra quàm ✠ gerantur Paris. cõs. 84. nu. 12. lib. 1. Dec. cons. 651. nu. 2. Ceph. cons. 247. nu. 28.

Minus etiam efficit communis victus, & habitatio, vt quod proprium vnius est, cæteris fiat commune, excepto eo, quod in cõ
46 muni victu ✠ consumitur Anch. cons. 31 num. 1. Corn. cons. 9. lib. 1. & cons. 139. num. 1. eo lib. & cons. 299. nu. 1. lib. 4. Menoch. cons. 121. nu. 123. lib. 2. Decia. cõs. 36. num. 9. lib. 1. Paris. cons. 86. nu. 7. lib. 2.
Multò minus cum ipsis neptibus pupillis, cũ
47 quibus nulla, præcipuè ✠ tacita sine tutore, contrahi potest societas (nihil enim
48 aliud ✠ est societas, quam communio, & è contra l. 1. ff. pro socio. Gratt. cons. 128 num. 16. Soc. cons. 160. num. 18. libr. 2. per easdemque probationes ambulant, vt patet ex Mascar. concl. 328. & 1315.) Ias. in l. 1. num. 6. C. qui test. fac. pos. Menoch. cons. 12. nu. 15. lib. 1. & idem Menoch. cons. 122. nu. 2. lib. 3 & cons. 121. nu. 35. lib. 2. Decia. cons. 36. nu. 16. lib. 1. Crottus cons. 15. nu. 7. lib. 1. Crau. cons. 286. in prin. Paris. cons. 84. num. 8. lib. 1. Ceph. cons. 247. nu. 19. & 248. num. 15. Mascar. trac. prob. concl. 1315. nu. 40.
Quæ adeò procedit conclusio, vt nec eam,
49 etsi vtilem, possint etiã ✠ factæ maiores ratificare. Bal. in l. cum oportet in prin. C. de bon. quæ lib. Ceph. cons. 248. nu. 34. Decia. post Alc. d. cons. 36. num. 20. Menoch. cons. 121. num. 35. Paris. cons. 86. nu. 2. lib. 1. Et hoc esse de mente Doc. fatetur Soc. qui libenter recedebat cons. 120. nu. 12. lib. 2.
Minus ergo istæ, cum quibus constat non esse contractam, præcipuè ex negociationibus p̃prio nomine factis, Et in dubio om-
50 nia ✠ præsumuntur proprio nomine gesta. Crau. cõs. 286. in prin. Quod enim nõ
51 est meo nomine ✠ factum, non possum habere ratum, vt in specie ista dicit Menoch. d. cons. 12. num. 22. Ceph. d. cons. 248. nu. 36.
Multo magis cùm in communione nihil ipsæ conferant, nec fructus, nec operam, ex quibus societas aliqua contrahatur, quæ
52 ✠ in collationibus dumtaxat reciprocis cõsistit. Corn. cõs. 1. nu. 1. & cons. 9. col. 2. vers. & licet. & vers. nec tacita, & cõs. 308

num.2.lib.1.& conſ.213.in prin.lib.3.& conſ.98.in fin.& 251.in pr. reſp.& conſ. 299.nu.2.lib 4.Ceph.conſ.247.nu. 39. Anch.conſ.31.nu.2.& conſ. 302.nu.7. Menoch.conſ.12.nu.13.& 15.lib. 1. Pariſ.d.conſ.84.nu.10.& conſ. 86.num.7. & conſ. 87.nu.6.eo lib. Crau. conſ. 26. nu.4.Decia. conſ.39.nu.8.13.& 17.lib. 1.Maſcar.trac.prob. concl.1315.nu.49.

Quòd adeò verùm eſt, vt etiam requiratur
53 collationem hinc inde † eſſe parem, aliter vbi etiam cõcurreret aliqua reciproca collatio, qui plus, ſiue lucri, ſiue induſtriæ confert, plus etiam debeat ad ratam deducere. Corn.d. cõſ. 98. nu.6. & d.conſ. 299. nu.3.& conſ.213. num.5.lib. 3. Pariſ. d. conſ. 84. nu.16.

Quibus attentis in caſibus etiam fortioribus contra Neptes minores, quæ ex communi victu, habitatione, fructuumq; poſſeſſione, & aliis coniecturis in ſocietate alicuius lu-
54 cri partem facere prætendebant † conſuluit Bal.conſ.482. vol.5.Menoch.cõſ.12. lib.1.Ceph.d.conſ.247. Corn. dictis cõſ. 98.& 251.Pariſ. d. conſ.84. & conſ. 86. & 87.

Qui multò magis contra iſtas conſuluiſſent quarum, vt dixi nulla eſt, vt pupillarum, opera nulluſque fructus, qui in cõmunionem conferatur, vt ex proceſſu apparet, quo probatur, nihil, deductis expenſis, ex
55 ſuis fructibus ſupereſſe † quod poſſit conferri, vt in terminis ſubtiliter conſiderant Menoch. d.conſ.12.num.15. Grattus d. conſ. 128. num.16. Pariſ.d.conſ.86. nu. 15.Anchar.conſ.31.in fi.Omnes enim, & quicunque, qui reperiri poſſunt pro ratione dubitandi, vt inter cæteros ſupra allegatos, Crauetta conſ. 285. vnus eſt, con-
56 curſum ſaltem in alterutro † præſupponunt, vt in ſimili reſpondens ad conſ. Decij, & alterum Soc. ſcribit Menoch. d. conſ. 12. num.21. verſ.Non obſtat quin-
57 tum, nec aliter pacto expreſſo † conueniri poſſet, cum ſic poſſent lucrari, & nunquam perdere, Neptes iſtæ, quarum, nec immobilia alienari poſſunt gl.in c. pleriq; 14.q. 13. Rom. conſ. 238. Abb. conſ. 77. num. 2. lib. 1.& alij, quos refert Didacus Perez. in addit. ad Did. de ſegure. tract. de lucris matrim. nu. 36. congruit dictum Ceph. conſ. 248. num. 34.

Fortius inquam procedit conſultatio contra iſtas, quibus coniecturæ repugnant, Quẽadmodum.n. coniecturis ſocietas ſaltem particularis probatur, vt ſupra ſcripſi, ita
58 etiam excluditur Decia. conſ. 36. num. 30. lib. primo.

Earum autem vna eſt, quæ ſumitur ex con-
59 tractibus ✠ patris harum neptum poſt dictam diuiſionem, & probatur ex eodem Decia. d. conſ. 36. nu.30. & ex allegandis in tertia.

Altera ſumitur ex eiuſdem cõmendatione,
59 quam Oleſienſibus maſſariis faciebat de eiſdem bonis, tamquam ei in ſortem obuentis, & ſuis, ad tradita per Dec. conſ. 21. nu.6. verſ, ſed in quæſtione.

Tertia probatur ex tot inſtrumentis, & iuditijs proprio horum nomine ipſo patre viuente, & mortuo agitatis tantum, ex qui-
61 bus ✠ non ſocialem animum elici tradit Crau. d. conſ. 26.num.2.Anchar.d.conſ. 302. num. 7. verſ.venio, licet in caſu ſuo contradicat propter diuerſas rationes ex aduerſo facto naſcentes. Corn. d. conſ. 299. col. 2. Menoch. d. conſ. 12. num. 15. verſ.ſexto.

Huiuſmodi enim ſtipulationes adeò ſe cum ſocietate non compatiuntur, vt licet aliquæ etiam recipiantur nomine communi
62 non teneatur ✠ tamen proprias alteri cõmunicare Bald. in l. ſi vnus §. ſi vnus ff. pro ſocio Corn. conſ. 9. colu. 2. & conſ. 308. num. 5. verſ. & perſuadetur lib. 1. & conſ.98.nu.3.verſ.& licet. Decia. d.conſ.
63 36.nu.39. Etiã quòd cõſtet ✠ de cõmuni pecunia eſſe receptas. Anch.cõſ.31.nu. 2.

Non obſtant modò contraria. Et primò non obſtat cõmunis regula de trium cõcurſu cohabitationis, communicationis, & non redditæ rationis. quia vltra reſpõſionem,
64 quòd procedit ✠ in maioribus ex prædictis reſultantem, ſicuti tradit Alex. conſ. 37. nu.4.vol.4.& conſ.49.nu.7.vol.1.& colligitur ex Cæphal.conſ.247.num.19. & per totum, Reſpondetur, ſecundum deficere vt ſupra probaui verſ. Multo magis

gis

gis. Et consequenter cessat & tertij ne-
65 cessitas, si nihil † superest, de quo ratio
reddatur per ea, quæ tradit Plottus in re-
petitione l. si quando nu. 250. de in lit. iur.
66 Non entium enim nullæ sunt † qualitates
l. eius qui §. fi. ff. si ser. pet. Ias. in §. fuerat
nu. 117. Instit. de actio & in l. decem de
verb. obl. vltra quod & si eis potuissent fru
ctus superesse, tamen ad communicatio-
nem non propterea sufficeret proprietatis
& aliorum bonorum societatem, sed ad
67 particularem ipsorum † fructuum dunta-
xat, vt authoritate Bart. Alex. Ias. Dec.
Neuiz. Crau. & Cephal. probat Menoch.
cons. 12. nu. 18. vers. non obstant lib. 1. &
supra latius tradidi.

Qua ratione nonnisi expressè omnium bono
68 rum societatem contrahi posse † pleriq;
voluerunt vt gl. Castr. Ceph. & Ias. quos
refert Decia. cons. 36. num. 4. lib. 1. Alex.
cons. 76. col. 2. nu. 10. in 2. dub. & cons.
seq. in tertia subscript. nu. 9. vol. 4. Maran.
consil. 27. nu. 17. Menoch. d. cons. 12. nu.
10. post Barb. Rui. & alios, & cons. 122.
nu. 1. lib. 3. Cur. Iun. cons. 288. nu. 35.

Non obstant authoritates Doctorum, quas
diximus in terminis obstare. Et primo au
thoritas Romani, & consequenter Crau.
Menoch. Maran. Dec. & sequaciũ. Quia
personarum habilitatem præsupponunt
(& consequenter cæteri, qui in eadem spe
69 cie loquũtur) dum de alio disputant † iux
ta l. qui testamento in prin. de test. Et ideo
70 data inhabilitate † contrarium consuluit
Ceph. cons. 247. & seq. Alias fuisset male
locutus vt supra allegaui vers. Multo mi-
nus. Præterea præsupponit in proprieta-
te actus promiscuos, cùm in fructibus non
sufficere supra probauerim vers. Regula-
re. Multò magis autem cùm nec in ipsis
aliquos contigisse actus communicationis
supra probauerim, vers. Multò magis, &
vers. qui multo. Aliàs faciliter omnium
administratorum, penes quos educantur
pupilli essent bona effecta cum pupillis, ci-
tò cõmunia vt innuunt allegati infra vers.
Maximè cum communis. Non prætereo,
quòd in casu existentis & habilitatis, &
communicationis fructuum, non aliter
procedit traditio Rom. quam ipsa præsup
posita fructuum communicatione longo
tempore continuata tanquam de proprie
71 tate † cõmuni secundum similem mate-
riam l. cum de in rem verso. ff. de vsuris,
& l. si certis annis. C. de pact. vbi Doc.
Idem tradit Rui. cons. 141. nu. 24. vol. 5.
sequitur eum Mascar. trac. prob. concl.
1315. nu. 26. Quæ qualitas vti de re com
72 muni † probari debet, vt in terminis ma-
teriæ prædictæ docet Mascar. d. nu. 26.

Præsupponit etiam ipsum promiscuum vsum
vniformem cum ex deformi, & eo magis
73 contraria † non resultet prædicta præsum
ptio Menoch. cons. 12. nu. 21. lib. 1. post
Alcia. consil. 359. ad fi. Addo in eadem
etiam specie societatis Ceph. consil. 475.
num. 32.

At in præmisso casu multi aduersantur actus,
vt supra dixi, vers. Tertia probatur, qui eo
magis attenduntur cùm sint positiui, &
74 fortiores, quàm dimissio rerum † in com-
muni Ceph. vbi supra nu. 33. & seq. Alba.
cons. 9. nu. 16. & 18. Ergo &c.

Præsupponit finaliter portiones ad commu-
nionis æqualitatẽ proportionabiles, quod
ab eius Romani retorcutione argumenti
probo. Dicit enim ipse, quòd quemad-
modum ex separata possessione inducitur
diuisionis probatio. Ita debet ex vnita pro
bari communio. At ad prioris veritatem
debent portiones esse ad æqualitatem pro
75 portionabiles, aliter est † falsa Maran.
trac. de remed. possess. nu. 219. Ergo pari
ratione idem sequitur ad veritatem poste-
rioris: Hoc autem non est in isto casu, quo
maior est patruorum fructus, opera, & pa-
trimonium aliundè quæsitum. Ergo ces-
76 sante præsupposito cessat † authoritatis
obiectio Decia. consil. 11. num. 59. lib. 4.
Surd. decis. 39.

Maximè cùm communis habitatio, & com-
munis administratio ex necessitate Nep-
tum ad patruos perueniat matre non su-
scipiente tutelam, in quibus propterea nõ
77 præsumitur † societatis intentio, sed ad-
ministrationis duntaxat, & reddendæ ra-
tionis intuitus Ceph. cons. 247. num. 22.
Anch. 436. nu. 5. Io. Lepez. tract. de lucr.

matrim.cap.6.nu.32. authoritate Bald. in l.fi.nu.13.C.de dot. promiss.nec ex verbis Romani, & aliorum comprehenditur eos de necessario administratore sentire.

Et etiam dato, non tamen concesso, quod esset ipsa renouata communio, non sequitur
78 propterea de reliquis contracta † societas Grattus consil. 128.num.8. & 9. Crottus cons. 40. nu. 4. lib.1.

Nec obstant instrumenta, & reliqua communi nomine concepta, quia respondetur, ad societatem aliquam non nisi illi actus, qui
79 necessario inferũt † prodesse Anchar.cons. 31.nu.2.vers. per actus. Quiq; in omniũ
80 † persona contingunt, nec citra nomen societatis fieri possunt. Decia.cons.36.nu. 55.lib.1. Dec.548.cons.num.5. Mascar. trac.prob. concl. 1315.nu. 48. At prædicta communi nomine concepta in sola patruorum persona cadunt. Diximus enim actus debere esse reciprocos supra versic. Multò magis: Et possunt citra illud nomen adesse, sed vt negotiorum gestorum
81 iudicio sibi soluant † Corn. cons.9.col.2. vers. & licet & cons. 308.nu.5. vers. nec etiam lib.1. & cons.98.nu.3. vers. & licet & in fi. versic. ad tertium libr. 4. Grattus cons.128.nume.9.lib.1. Menoch. qui ad contrarias opiniones distinguendo respondet cum Alciato d.cons.12.nu.20. versic. Non obstat quartum. Communis enim stipulatio non aliter tertiò, quàm pretij
82 eius parte restituta † acquiritur Dec.cons. 21.nu. 10. vers. sed hoc posito, & consil. 348.nu.4. Corn. consil.251.nu.5. versic. Tamen ipsi lib.4. Cùm maximè non præ-
83 sumatur † de communi pecunia redacta Anch. consil.31.nu.2. Menoch. d. consil. 12.nu.20. Dec.d.cons.21.nu.10. vers. & in dubio Ceph.cons.65.num.11. Mascar. trac.prob.concl.1315.nu.32.

Non obstat vltimum ad Neptum inhabilitatem deductum, quòd si eis vtilis sit, patrui obligentur ex Ceph. Quia respondetur contrariam esse communem, vt ex traditis constat supra vers. Quæ adeò.

Quibus stantibus concludo nullum deduci factum, ex quo resultet intentio renouatæ communionis, nec amplioris societatis. Multò magis si hoc, quod in animo consistit patrui iuramento, quod possunt, ve-
84 ritatis † asseuerant. Decia.d.consil.36.nu. 40.Corn.consil.1.nu.3. vers. qui cum iuramento, & consil.308.nu.3.vol.1.

Ego Idem Schenardus.

SVMMARIVM.

1 *Veritas disputando eruitur.*
2 *Testari quilibet præsumitur posse.*
4 *Sana mentis quilibet præsumitur.*
5 *Testatoris non sanæ mentis testamentum valet, si rectè testatus est.*
6 *Notarius prudens, & legalis præsumitur rectè officium suum exercuisse.*
7 *Sensus, & ratio naturalis præsumitur in quolibet.*
8 *Præsumptiones ex Instrumento publico oriuntur, quòd sit verum, solemne, & rogatum.*
9 *Testamentum quot testes requirat.*
10 *Clausula omni meliori modo quid operetur.*
11 *Legata conseruantur testamento propter præteritionem irrito.*
12 *Clausula codicillaris operatur, vt præteritus restituat per fideicommissum scriptis hæredibus detracta trebellianica, & legitima nu. 59.*
13 *Testamentum inter liberos etiam imperfectum conseruatur.*
14 *Neptes ex pluribus filijs succedunt Auo in capita contra nu. 68.*
15 *Dos constituta Filia imputatur Neptibus Auo succedentibus.*
16 *Testator præsumitur tempore testamẽti fuisse demens; qui ante fuit. nu. 75. & 90.*
17 *Dicta in furioso habent locũ in mente capto.*
18 *Præsumptiones cedunt veritati, & etiam præsumptionibus fortioribus.*
19 *In claris non opus est coniecturis.*
20 *Notario asserenti aliquem sanæ mentis non creditur. nu. 76. & 91.*
21 *Præteritione vitiatur testamentum etiam Matris & Aui materni.*

22 *Auus*

tore decesserit.

81 *Clausula codicillaris operatur, vt testamento annullato ob vitium præteritionis legata præstentur à venientibus ab intestato.*

82 *Legata debentur virtute Clausulæ codicillaris, etiam quod filius posthumus fuerit ignoranter præteritus contra nu. 94. vide nu. 147. & 148.*

83 *Hæreditas virtute clausulæ codicillaris non restituitur à venientibus ab intestato testamento caduco; si hæredi scripto prædecedenti non fuit datus cohæres, vel aliquis substitutus.*

84 *Qui potuit mutare testamentum caducum, vel præteritione nullum, & non mutauit, ostendit voluisse decedere intestatum.*

85 *Nepotes succedunt in stirpes repræsentando personam patris, & Matris.*

86 *Neptes succedunt cum sorore matris eam repræsentando, Auia, & proauia materna.*

89 *Pater, & Mater tenentur rationes reddere administrationis filij.*

92 *Testamentum agnitione posthumi præteriti annullatur.*

97 *Filiæ appellatione venit Neptis in materia fauorabili.*

99 *Descendentium appellatione veniunt descendentes etiam ex filia.*

Neptis ex filia dicitur, de descendentibus testatoris, num. eodem.

100 *Positis in cõditione in statuto censetur reseruata successio iuris communis, immo censentur a statuto prius vocati.*

101 *Argu. à ratione cessante est fortissimum in iure.*

102 *Ratio statuti excludentis fœminas, vel Cognatos.*

106 *Neptis ex filio an excludat Amitam stante statuto, quod masculi excludant fœminas. & 109. & seq.*

107 *Maior versatur ratio in exclusione neptis ex filia, quàm filiæ.*

108 *Filia magis, quam neptis est dilecta patri.*

111 *Communis opinio est illa, quæ meliori rationi innititur.*

112 *A Communi recedimus, si ratione potest conuinci nu. 113.*

114 *Neptes tam ex masculo, quam ex fœmina repræsentent parentes suos.*

115 *Tantam partem habere debent nepotes, quantam eorum pater, vel mater, si viuerent.*

116 *Repræsentatio habet locum etiam in successione statutaria.*

117 *Filius patri superuiuens transmittit ad filias ius excludendi amitam.*

118 *Dictum speciale extenditur ex ratione generali.*

119 *Ratio repræsentationis militat patre præmoriente.*

120 *Masculus ex fœmina excluditur ab auunculo.*

121 *Iura debent esse proniora in extensione fauoris, quàm odij.*

122 *Statutum excludens fœminas propter Masculos est fauorabile ex parte masculinæ radicis, & odiosum ex alia nu. 183.*

123 *Priuilegium Domus, & familiæ transit ad fœminas familiæ, non nuptas.*

124 *Statutum vbi est, cessat auctoritas iuris communis nu. 167.*

125 *Neptis ex filia est cognata Auo.*

126 *Neptis ex filia non est de familia, nec generatione aui.*

127 *Statutum nouum interpretatur secundum antiquum.*

128 *Ratio conseruandæ agnationis militat in Nepte ex filio.*

129 *In Agnata par est ratio, quæ in Agnato.*

130 *Agnationem conseruari per fœminam Agnatam.*

131 *Agnatis non extantibus, nulli dubium per agnatam familiæ nomen conseruari.*

132 *Neptis ex masculo dicitur de linea masculina.*

133 *Neptis ex Masculo est de generatione aui.*

134 *Dicenti testamentum nullum incumbit onus probandi.*

135 *Negatiua cum est fundamentum intentionis debet probari.*

136 *Actus valere semper præsumitur.*

137 *Actus quòd valeat, semper in dubio iudicandum.*

138 *Opinio singularis pro testamento sequenda est contra communem.*

139 *Notario asserenti testatorem sanum mente, qui prius fuit quandoq; demens, creditur, si sit homo qualificatus.*

140 *Pro-*

140 Propter personæ legalitatem recedimus a regulis iuris.
141 Testator, qui rectè testatur, præsumitur sanæ mentis, licet prius fuerit demens.
142 Talis quis præsumitur qualia ipse facit.
143 Dotem constituens magnam censetur facere, vt dignè nubat.
144 Testamento propter præteritionem irrito legata conseruantur iure nouo.
145 Legata conseruantur etiam posthumo præterito.
146 Legata etiam vniuersalia conseruantur.
149 Testator si grauauit filiam, multo magis censetur voluisse grauare Neptem, & ideò legata debentur ex testamento nullo, siue pp præteritionẽ, siue caducitatem. & 156
150 Testator non præsumitur velle minus dilectum esse melioris conditionis
151 Testator, qui nato posthumo præterito non mutauit testamentum, cum potuerit, ostendit velle legata deberi.
152 testamentum, q testatur mutare nõ potuit, ex æquitate sustinetur.
153 Posthuma, quæ non potuit institui, habetur pro instituta, & 154.
155 Legata, quæ non capiunt dimidiam, conseruantur iure nouo, licet testamentum præteritione rumpatur.
158 Geminatio propositi firmitatem ostendit.
159 Testator vocando aliquẽ legatarium, ostẽdit noluisse eum capere iure institutionis.
161 Testator noluit, quod non expressit, si quãdo illud alibi voluit, expressit.
162 Verborum certitudo denotat certitudinem intellectus.
163 Diuisio testatoris suæ hæreditatis importat institutionem. Declara. num. 163.
164 Plurium capientium, unus potest esse certæ partis hæres, alter legatarius.
165 Venientes ab intestato censentur virtute Clausulæ codicillaris rogati legata præstare.
166 Clausula codicillaris sustinet legata a venientibus ab intestato, etiam q caducum fuerit testamentum.
168 Exclusa matre oẽs excluduntur cognati.
169 Inclusio Agnatorũ est Cognatorũ exclusio.
170 Geminata exclusio nullam patitur exceptionem.
171 Geminata præscriptionis exclusio, tollit etiam centenariam.
172 Generalis, & geminata dispositio comprahendit casus, qui aliàs non venirent.
173 Geminatio ampliat effectum simplicis dispositionis.
174 Generalitas comprehendit omnes casus, licet in vno maior sit ratio.
175 Filius sororis est proprie cognatus.
176 Filius sororis non venit in statutis, agnatorum appellatione.
177 Exceptione firmatur regula in reliquis.
178 Descendentes ex filia non veniunt nepotũ, vel descendentium appellatione, vbi præcedit generalis cognatorum exclusio.
179 Fœminæ ad emphiteusim cum masculis vocatæ intelligũt salua masculorũ prærogatiua.
180 Qualitas masculinitatis, a statuto requisita ad exclusionem fœminarum, sufficit per repræsentationem adesse.
181 Emancipatus confert nepoti emancipato patrem in potestate repræsentanti.
182 Qualitas requisita consideratur in repræsentato, non repræsentante.
183 Appllatione filij continetur nepos alterius qualitatis in fauorabilibus.
184 Ius patris dicitur ius filij etiam eo viuẽte.
185 Filius primogeniti repræsentat patris qualitatem ad exclusionem patrui.
186 Pater repræsentatur etiam quo ad qualitatem sexus.
187 Plures nepotes succedunt patruo in capita.
188 Auo etiam succedunt nepotes in capita.
189 Collatio fit etiam non conferibilium, si hoc actum est.

ARGVMENTVM.

Defenditur legatum impugnatũ ex triplici asserto vitio testamenti, scilicet dementiæ testatoris præteritionis, & caduci.

Agitur de vi, & effectu clausulæ codicillaris.

An neptis ex filia concurrat cum neptibus ex filio ad successionem Aui.

Aui, stante statuto quod masculus excludat fœminam.

Repræsentatio an habeat locum etiam quo ad qualitatem in succedente requisitam.

Plures nepotes an succedant, in capita vel in stirpes.

CONSILIVM XX.

Pro Nepte q. D. Medici Vitani ex Filia contra Neptes eiusdem ex Filio.

Consilium Excellentissimi D. Iacobi Cathanei consumatissimi Iurisconsulti, in eius tamen decrepitate compositum.

DEI OPTIMI AVXILIO humiliter implorando.

EX facto proponitur, q. cum Excellentissimus artium, & medicinæ Doctor D. Io. Baptista Vitanus habitator Sõdrij graui quidem infirmitate, qua per plures annos sæpè, & sæpius delirauerat, laboraret, & Io. Antonium filium mentecaptum, & tres Neptes ex filio Horatio præmortuo, Vxorem, & filiam Camillam, nuptam, & dotatam Excell. I.C. D. D. Maximiano Platto haberet de anno 1587. de mense Aprilis condidit Testamentum, in quo reliquit Neptibus ex filio premortuo tertiam partem omnium bonorum mobilium, & immobilium, & iurium, quæ [illegible] ipsum Testatorem tempore obitus sui relinquerentur, in quibus nonnulla ex melioribus eius bonis comprehendi voluit, hac lege si excederent valorem dictę tertiæ partis. Quod moderarentur, & reducerentur arbitrio boni viri ad valorem dictæ tertiæ partis, si autem non fuerint valoris tertiæ partis, q. tunc illa tertia pars suppleretur ex tot & tantis eius testatoris bonis, volens dictus Testator disponere de tertia parte tãtum, & non vltra, vt testamentum viribus subsisteret. Ordinans, quod inter eas Neptes (legatarias ipsas appellando) haberet locum ius accrescendi.

Item legauit, & iure institutionis reliquit d. Dominæ Camillæ eius filiæ dotem eidem constitutam vbi legitimam caperet, & vbi non caperet legauit quantum caperet dicta legitima debita, iuxta statutorum Vallis Tellinæ dispositionem.

Item reliquit Nobili eius Vxori alimenta cõdecentia, itaquod non excederent tertiã partem prædictam.

In omnibus autem aliis suis bonis &c. instituit sibi heredem vniuersalem dictum Io. Antonium filium mente captum constituendo eidem curatorem generalem.

Subdendo clausulam solitam, & hanc quidẽ dictus Testator voluit valere iure testamenti.

Postea obijt vna ex ipsis primis Neptibus in infantili ætate constituta.

Mortuus est, & ipse Io. Antonius mentecaptus sine liberis.

Obiit ipsa D. Camilla filia relicta post se Iulia ex ipso Domino Maximiano marito suscepta anno 1588. mense Augusti, seu in principio mensis Septembris.

Et tandem, & ipse Dominus Medicus eodẽ morbo oppressus mense Nouembris anni præsentis 1590. fato cessit superstitibus dumtaxat illis duabus Neptibus ex filio Horatio, & Iulia Nepte ex filia D. Camille pręmortua.

Præsupponitur etiam in facto, q. Nobilis D. Margarita Parauicina Mater ipsarum primarum Neptum per plures annos, quibus præfatus Medicus eo Morbo laborabat eius bona administrauerit, & nullam hactenus rationem reddiderit.

Modo præf. D. Maximianus, vti Pater & legitimus administrator personæ, & bonorum dictę eius filiæ, & Neptis dicti D. Medici prætendit dtãm eius filiam, non obstantibus ipso testamento, vel aliquibus in eo contentis, ad eius D. Medici hæreditatem & bona in hoc sæculo per eum relicta pro semisse, proculdubio esse admittẽdam, & in eorum omnium possessionem iure municipali manumittendam esse, &

item

item Dotem relictam Dominæ Camillæ matri non esse imputandam in eius filiæ portionem; Et tertiò Nobilem D. Margaritam de gestis per eam vtsupra rationem reddere iure fore cogendam.

Et videretur prima facie (disputãdo enim
1 ✠ eruitur veritas l. munerum §. mixta. ff. de mun. & hon.) dictum Dominum Maximianum non rectè sentire, Idq; demostrari ex eo quod de validitate huius testamenti non videretur prima facie dubitari posse, cum quilibet præsumatur posse testari, & asserenti contrarium, incumbat o-
3 nus ✠ probandi glo. magna in l. si quæramus cum qua transeunt Doc. de testa. l. ab ea parte de proba. & quilibet præsuma-
4 tur sanæ ✠ mentis, & qui vult dicere contrarium, tenetur probare cap. finali ex. de success. ab intesta. l. nec codicillos vbi Doc. C. de codicil. & latè per Mantu. de coniec. vltim. volunt. lib. 2. vers. an præsumatur Testator sanæ mentis colu. prima cum sequen. & latius per Excellentissimũ Menochium iuris nostri lucernam de coniectur. vlt. volun. lib. 4. præsump. 9. & 10

Et quòd quilibet possit testari regulariter, videtur etiam probari in institu. quibus non permissum facere testamentum, & in l. 1. C. de sacrosan. Eccles. & pro hoc facit, q. etiam si testator delitasset, non tamen huiusmodi testamentum videretur posse dici nullum, cùm secundum hominem sanç
5 mentis videretur ✠ testatum, relinquendo duas partes eius facultatũ successuris ab intestato, & tertiam partem non omnino extraneis, quam tamen eis potuisset relinquere, statuto in ciuil. cap. 181. vt per Ioannem Andr. in dicto cap. finali de success. ab intestato, referentem casum similem fuisse seruatum a Senatoribus Romanis pluribus id comprobantem, sequitur etiã Marsil. singula 300. circa finem, & Iason reffert in l. furiosum nu. 20. C. qui testa. facere poss. licet non ita hoc dictum simpliciter ipse sequatur.

Quibus videtur addi posse, q. cum ipse testator esset valde prudens, & Notarius de eo
6 testamento rogatus ✠ similiter vir probus & H. peritus, iustè, & rectè officium suum exercuisse præsumendum sit vt per Alciatum elegantiss. in tracta. suo de præsumptio. car. 189. col. 1. 2. & 3. per capitulum ad audientiam de præsumpt. & hoc maximè videtur procedere in casu nostro, cũ ipse Notarius attestetur Testatorem fuis-
7 se sanæ mentis, Et ✠ insuper sensus, & ratio naturalis in quolibet homine præsumatur l. non Codicillum C. de testament. & l. secunda C. qui testa. facere poss. & sic, quo ad personam testatoris non videtur esse dubitandum.

Et quòd testatus fuerit huiusmodi Medicus secundum regulas iuris ciuilis videtur pro-
8 bari ex eo, quod pro ✠ instrumento publico oriuntur tres præsumptiones, quod sit verum, q. sit solemne, & q. Notarius fuerit de eo rogatus, vt per Alciat. in loco superius citato, Istud etiam videtur probari ex lectura ipsius testamenti, nam in eo legitur adhibitus legitimus testium requisi-
9 tus numerus a iure ✠ communi §. finali in stitu. de testa. & a statuto in ciuil. cap. 17. Et institutio hæredis, quæ est fundamentũ totius testamenti, necnon aliæ solemnitates, & substantialia clare videntur in ipso testamento fuisse obseruata; Vnde non videtur dubitandũ, quin dictus testator seruauerit regulas iuris ciuilis, ne dum communis, sed municipalis statuto in ciuil. 181. præallegato, & maximè hęc videntur procedere stante clausula omni melio-
10 ri modo &c. quæ operatur vt actus ✠ valeat eo meliori modo quo potest l. cum Pater §. filius, matrem vbi Bartholus, Et Imol. de lega. 2. quos refert & sequitur Dec. consil. 4. num. 131. cum sequent. illud comprobando.

Et in omnem casum vbi dictum testamentũ, quoad institutionem videretur dici posse
11 nullum, Attamen quo ad illam tertiam partem, quę asseritur esse pręlegatam primis Neptibus, videtur conseruari, vigore autentici, ex causa C. de liberis, pręter; & ibi Bart. & cęteri scriben. latissimè.

Imò etiã, ipsa institutio facta de duabus partibus trium partiũ in personam dicti Men-
12 tecapti videretur conseruari ✠ iure fideicomissi, sit per omnes scribentes citatos per

per Ias. in dicto Autentico ex causa num. 22. C. de lib. præt. & sic q. successuri ab intestato anullantes testamentum ex causa prætèritionis, vel exhæredationis detracta legitima, & trabellianica teneantur reliquum restituere scriptis hæredibus.

Et hæc maximè viderentur procedere in testamento condito inter liberos, quod ser-
13 uatur, & si sit ✠ imperfectum l. hac consultissima §. ex imperfecto C. de testam.

Et sic videtur, q. ista Iulia Neptis non possit admitti ad huiusmodi semissem integrũ.

Et quòd melioris conditionis videantur esse Neptes, ex filio præmortuo vigere testamenti præs. seu contentorum in eo.

Et dato, quòd dictum testamentum, vel contenta in eo non obstarent ipsi Iuliæ, & cõsequenter protsus locus esset successioni ab intestato, non videretur tamen q. ipsa Neptis ex filia esset admittenda ad huiusmodi hæreditatem pro semisse, sed dumtaxat pro tertia parte, & aliæ duę Neptes filio præmortuo pro aliis duabus partibus
14 & sic q. dictæ Neptes succedant ✠ per capita, & non per stirpem: Et istud videretur probari in §. cum filius Institut. de hæred. quæ ab intestato deser. ponderando eius rationem, quæ est ipsius anima, quę ampliat, & restringit dictum iuribus vulgar.

Et quòd dos promissa, seu constituta, ipsi Dominæ Camillæ filiæ videatur imputanda
15 in eius portione hæreditatis ✠ Aui materni; satis videtur probari per doctrinam Bartholi, & per alia quamplura allegatã per Picum, in repetitione legis in quartã nu. 131. ff. ad legem falci. vbi latissimè disputat hanc doctrinam Bartholi, & cum ea transit.

Et vltimò non videtur primo aspectu, quòd Nob. D. Margarita Parauicina teneatur de gestis vtsupra rationem reddere, cum non reperiatur contraxisse vel se obligasse, adhibito proximioris consensu statut. in ciuil. cap. 138. & hæc videntur prima facie contra ipsam Iuliam Neptem obstare.

His tamen, & aliis non obstantibus contrariã sententiam puto de iure veriorem, & consequenter quòd dicta Iulia Neptis admittatur pro semisse simul cum aliis duabus Neptibus coheredibus pro altero semisse ad eiusdem D. Medici hęreditatem, & quæcunq; bona per eum in hoc sæculo relicta, ita quod tantum in effectu consequatur ipsa Iulia neptis sola ex dictis bonis, quantum consequi possunt dictæ aliæ duę Neptes sorores, & sic succedant omnes tres Neptes in stirpem, & non per capita, & item quòd non imputetur dicta dos cõstituta seu promissa ipsi D. Camillæ filiæ in dictæ Neptis semissem: Et tandem, q. & ipsa D. Margarita cogi possit ad reddẽdam rationem de gestis per eam vtsupra ipsi Iuliæ Aui materni pro semisse hæredi.

Et ad ita tenẽdum me mouent infrascripta.

Et primo, præsupposito in facto, quòd iste Medicus ante conditum testamẽtum per aliquod temporis spatium delirasset, & mentecaptus fuisset, nisi per partem aduersam probaretur, quòd tempore conditi testamenti habuisset dilucida interualla, præsumeretur, & tempore dicti te-
16 stamenti conditi fuisse ✠ demens Ita inquit Alciatus in dicto tracta. de præsumptio. car. 178. col. 2. Et dicta de furioso
17 habent locum ✠ & in mente capto, vt latè per Excellentissimum Præceptorem meum Curt. consil. 151.

Et ex hoc etiam cessant dicta per Io. And. supra all. cum eo infrascriptis demonstrabitur ipsum Medicum non fuisse testatum iuxta regulas iuris, & cęteræ præsumptiones superius allegatæ, apparente de veri-
18 tate, seu saltem ✠ de fortioribus, & validioribus præsumptionibus, cessabunt l. non est verisimile in principio quòd met. cau. l. nuptura in fine de iur. dot. C. l. diuus de in integrum restitu. Quę multo magis procederent, vbi probaretur, quòd tẽpore conditi testamenti delirasset, & demens fuisset, cum in claris non opus esset
19 ✠ coniecturis l. continuus §. cum ita de verbo obligat.

20 Nec Notario creditur ✠ asserenti dictũ testatorem fuisse sanæ mentis, per ea, quæ adducit Ias. in l. Lenium col. 1. C. qui test. fac. poss.

Et

Et his ita stantibus frustra postea quæritur, an secundum regulas iuris, ipse Medicus testatus fuerit.

Sed quòd non fuerit testatus iuxta iuris ciuilis nec municipalis regulas, & consequenter quòd testamentum allegatum, & contenta in eo sint nullius valoris, nec in aliquo habeant obstare ipsius Iuliæ intentioni, probatur ex eo, quòd dicta Iulia fuit in ipso testamento per Auum Maternum præterita; Vnde hac præteritione, vel exhæredatione, sine causa liberorum optinentium primum locum, testamentum infirmatur, & hoc habet locũ nedum in descẽdentibus ex linea paterna, sed etiam ma-
21 terna ✠ quicquid esset de iure antiquo in stitu. de exhereda. lib. §. sed hæc quidem vetustas, & §. Mater, vel Auus Maternus, §. posthumorum cum similibus eod. tit. & in principio ipsius tituli, & l. inter cætera de lib. & posthu. & institu. de inoffic. testam. in principio, & §. 2. & §. aliud quoque capitulum in auctent. vt cum de appella. cogno. vers. sin autem hæc obseruata non fuerint. & l. 3. eodem. de inoffi. testa.

Non obstat si contra prædicta diceretur q. dictus §. posthumorum autem loco, vna cũ simili, loquitur in suo posthumo, Nos autẽ loquimur in Nepte nõ sua cum Auus ma-
22 ternus non habeat ✠ in potestate Nepotes institu. de patr. potesta. §. primo, & ex diuersis non fit illatio vulga. l. Papin. de mino. Quia respondetur, quòd testamentum tàm Aui materni, q̃ paterni infirmatur, si Nepos matre vel patre, viuo Auo, de medio sublatis, tunc tenens primum locum reperiatur præteritus, ita in
23 terminis tenuerunt ✠ multi Doctores nõ leuis auctoritatis Iason in dicto §. posthumorum in additionibus ad Porcium num. 4. Ioachim in dicto §. Mater vel Auus maternus allegans, & alios insignes Modernos Institu. de exher. liber. & hoc colligitur etiam ex glo. in verbo parentibus in dicto §. Posthumor. si eã intueri subtiliter voluerim', cum solũ constituat diferentiã inter parentes ex linea paterna, & parẽtes ex linea materna quo ad modum infringendi testamentum, non conditum iuxta consilium legis Velleiæ arg. l. cum prætor de iud. Hoc idem in terminis tenuit Excellentiss. Præceptor meus Soc. consil. 184. in principio vol. 2. allegando dictũ §. posthumorũ & Angel. in dicto §. aliud quoq; capitulum, Et quòd hodie præteritio Matris vel Aui Materni anullet testamentum per omnes teneri asserit idẽ Curtius Præceptor meus doctissimus in dicto auctentico ex causa num. septimo, & octauo C. de liber. præter.

Præterea q. testamentum, in quo posthum. ignoranter est præteritus, fuerit nullum, &
24 quo ad legata ✠ tenet Iason in dicto auctentico ex causa num. 3. & num. 4. hanc opinionem dicit esse tenendam communem & veram, & idem Curti. Dominus meus nu. 17. In eodem auctentico plures allegando, & præsertim Barth. iuris nostri lucernam, & ita de iure communi non videtur dubitand. q. dictum testamentum conditum per Auum Maternum ob præteritionem Neptis non valeat.

Sed quid opus est decisione iuris communis, cum habeamus statutum adeò clarũ cap. 181. quò cauetur quòd nisi fuerint relictæ duæ partes trium partium omnium facultatum ipsius testatoris, q. testamentum sit ipso iure nullum, & habeamus ex statuto in ciuil. cap. 2. criminal. cap. 185. & Doc. in l. omnes populi de Iusti. & iure cũ vulga. q. vbi habemus decisionem statuti nõ sit quærenda alia iuris decisio. Ias. cons. 197. vol. 2. cons. 28. vol. 3. & cons. 147. vol. 4.

Quòd autem ista Neptis Iulia sit successura Auo Materno ab intestato nullo existente masculo, prout in casu nostro simul cũ
25 aliis Neptibus, non est incerti iuris ✠ siuè communis, siuè municipalis toto tit. de Sena. cons. orfi. §. 1. in auctentico de hered. ab intestato veni. statuto in ciuil. cap. 188. præsertim in fine.

Nec obstat contra prædicta, si diceretur q. dictus Auus Maternus non tenebatur Neptem instituere, vel exheredare, cum ipsa
26 non esset successura ✠ ipsi Auo Materno ab intestato, cum haberet filium masculũ

scilicet

scilicet mente captum Fœminam excludentem ex stat. 185. Ias. in l. si filius in potestate col. 3. nu. 26. de lib. & posthum. & in l. gall. §. & quid si tantum nu. 50. eod. tit. Nam si non potest succedere ab intestato, nec etiam potest testamentum
27 rumpere iur. vulgatis.

Quia respondetur, quòd Fœmina, & descendentes ex ea excluduntur a successione patris, & Aui existentibus masculis tempore, quo defertur successio, Ita loquitur statutum cap. 185. cum sequen. maximè
28 in principio, attenditur enim tempus, quo defertur hæreditas §. cum autem quęritur institu. de hæred. quę ab intestato defer. §. proximi institu. de legi. agna. success.

Et sic firma stat. conclusio, quòd istud testamētum, quo ad hæredis institutionem de duabus partibus trium partium propter huiusmodi præteritionem, est nullum, & etiam ex eo, q. hæres Ant. mentecaptus
29 decessetit viuo testatore institu. quibus mod. testa. infirmentur §. 1. & l. vnica §. nouissimo C. de cad. tollen. & etiam quò ad aliam tertiam partem bonorum relictam vtsupra dictis primis Neptibus.

Quæ quidem tertia pars non potest conser-
30 uari virtute dicti auctentici ex causa C. de liber. præter. ex eo quòd vt in obiectio dicebatur non esset institutio, sed legatū, & consequenter militaret dispositio dicti auctentici ex causa.

Quia immo est institutio, & non legatum, cū contineat tertiam partem bonorum mobilium, & immobilium, & iurium, & actionum, & nominum debitorum, & sic omnes actiones actiuas, & passiuas, quo in ca-
31 su dicitur vniuersalis Azo. in tit. q. cum eo qui in alic. pote. col. 3. asserens inquam q. vniuersalitas dicitur quando continet mobilia corporalia, & incorporalia, & nomina debitorum, prout in casu nostro dicitur quota hæreditatis, & non quota bonorum, quia quota bonorum intelligitur de-
32 ducto ære alieno, l. si quis seruum, §. fin. cū. l. sequen. de lega. tertio cum ibi notatis per Barthol. & alios, sed in casu nostro continentur in dicta tertia iura actiua, & passiua pro tertia parte, quemadmodum in aliis duabus partibus pro dictis portionibus; Non enim assignari potest ratio diuersitatis inter duas partes, & tertiā, nisi quo ad plus, & minus: Et si institutus in duabus partibus diceretur hæres, & ille, cui relicta est tertia pars, diceretur legatarius sequeretur, quòd pro parte Medicus deces-
33 sisset testatus, & pro parte intestatus cōtra l. ius nostrum non patitur de reg. iur. & facit quia verbum relinquo, & etiā ver-
34 bum lego, respectu quotæ partis hæreditatis, operatur hæredis institutionem, et si alius esset vniuersalis hæres iustitutus, Bal. in l. fina. C. famil. hercis. colu. fina. & legatum factum de quota hæreditate ma-
35 gis æquiparatur institutioni, quàm legato Bal. in l. si cum C. de testam. milit. Ias. in auctent. nouiss. col. 2. circa finem, & sequen. circ. princip. C. de inoffi. testam. Phi lipp. Fran. in c. Si pater col. 22. circa finem de testa. Alex. in l. 1. col. 2. de lega. primo, Vrget Text. in cap. Rainald. & ibi etiam glo. in verbo legauit, Corne. consil. 138. col. 4. vol. 3. asserens expressè, quòd
36 verbū lego adiectum vniuersitati quotæ bonorum cōtinenti iura actiua, & passiua, importat institutionem, & maximè
37 quando tota hæreditas est distributa in ter plures personas, Bar. in l. contrario colum. 12. vers. quarto vlterius de vulga. & ibi comuniter Doc. & sic verbū relinquo, & etiam verbum lego adiectum vniuersitati, quæ continet iura actiua, & passiua, importat institutionem, & ita hactenus dictum statutum interpretatum, & obseruatum fuit.

Ex alio etiam colligitur, q. istæ Neptes primæ dicuntur hæredes pro dicta tertia parte, & non legatarię, quia tenentur soluere
38 legata, quæ capiuntur, de manu hæredis, l. 1. in principio, & in §. rediguntur, ff. quorum legatorum, immò omnia legata solui debent super dicta tertia parte, & si testator expressè voluisset legata in toto, vel in parte solui super dictis duabus partibus, tunc testamentum corrueret, & ita hactenus obseruatum fuit per dictum statutum cap. 181. Volens, quòd duæ partes trium

trium partium integræ relinquantur successoris ab intestato, & minimè mutanda
39 ✠ sunt &c. l. minimè de legi. Et sic cum illa tertia pars probata sit institutio, & nō legatum, sequitur, quòd non conseruatur vigore dicti aucten. ex cā immò annullat.
Nec ad rem pertinet, quòd testator appellauerit ipsas Neptes legatarias.
40 Quia magis attenditur effectus ✠ quàm verba l. insulam, ff. de præscrip. verb. &
41 propter nostrum affirmare ✠ vel negare non immutatur veritas, l. assumptio, ff. ad municipa.
Præterea & secundo quòd vigore dicti auctentici ex causa non conseruetur dicta tertia pars facultatum primis Neptibus relicta, adducitur statutum 181. quo apertè cauetur, quòd si non fuerint relictæ duæ partes trium partium successuris ab intestato, quòd testamentum sit nul
42 lum &c. quòd si nullum, non ✠ debentur legata l. Papin. §. final. de inoffic. testa. l. filio prēterito de iniusto; rupt. testamen. & hoc de iure, ff. & C. vt licet per ius nouissimum conseruentur legata, rupto testamento ob præteritionem, non
43 tamen statutum potest ✠ recipere interpretationem passiuam ab ipso iure communi nouissimo iuxta notata per Alex. in l. p. §. lex falci. ad l. falci. cum sit extraordinarium, sed interpretandum est secun-
44 dum ✠ ius commune ordinarium, & sic secundum Dict. l. Papin. §. finali de inoffic. testa, & l. filio præterito de iniust. & rup. testa. Castren. in l. fina. §. in computatione in fin. C. de iur. delib. & in l. leges, 12. tab. in fi. C. de legitt. hęr. Iaſ. in l. qui se patris columna 24. versiculo ad idem videtur facere, C. Vnde lib. Ruin. consil. 198. columna penultima ante medium, & cons. 102. in fi. & consil. 105. col. 4. & cons. 119. columna 5. lib. 3.
Præterea pro hoc facit, quòd interpretatio illa, quę reducit nos ad ius antiquum, est
45 fauorabilis ✠ & consequenter amplectanda glo. communiter approbata in capitulo stat. in verbo numerandum de præben. in sexto, sed huiusmodi interpretatio iuxta dictam legem Papin. §. finali de inoff. testa. & l. filio præterito de iniusto, rup. test. reduci, nos ad ius antiquum, vt. sz. rupto testamen. legata nō debeantur. Ergo, &c.
Præterea si conseruaretur d. tertia portio bonorum Neptibus, vt asseritur plegata, tūc verba illa statuti (ne sortisca alcun effetto) essent superflua, Nam vt inquit Bal. in d. aucentico ex causa in principio legata
46 debentur ✠ vel ab eo qui successit ex testamento, vel ab intestato, Ex testamento nō possunt deberi in casu nostro, cum hæres institutus in duabus partibus decesserit, viuo testatore d. §. p. inst. qu bus mod. testa. & l. vnica, §. in nouissimo C. de cad. tollen. Nec ab eo, qui succedit ab intestato, cum testamentum vigore d. statuti cap. 181. nullum possit habere effectum. Nec possit prȩiuditium successuris ab intestato afferre, illa enim vniuersalis negatiua &c. (ne sortisca alcun effetto) non solum esset su-
47 perflua ✠ contra l. si quando de lega. p. & contra doctrinā Bal. vbiq; per Doc. citatā,
48 q. nihil, nec minimū ✠ debeat esse supfluū in rub. C. de contrahen. emptione sed etiā
49 redderetur falsa ✠ l. si is qui ducen. §. Vtrū vbi Bar. de reb. dubiis, & q. statutū debeat
50 ita interpretari, ne reddatur ✠ superfluum, videatur Socin. præceptor meus doctiss. cons. 2. vol. p. nu. 20. & facit gl. singula. in l. 1. ff. q. mel. cau. & inquit Castren. cons. 346. q. nunquā dandus est intellectus statuto, per quem reddatur superfluum, qñ alius potest accomodari, subdendo q. ex
51 mente ✠ statuētium, & ex verbis dicitur, quoties sine tali interpretatione verba a statuto plata essent nullius valoris. Immò
52 ne ✠ supfluitas reddatur in statutis, verba debent impropriari Abb. in c. pastoralis in feūdo nota. de appella. & sic pbatur, q. d. tertia pars, ēt q. legatum appellari posset, non conseruatur per auctent. ex causa.
Nō obstat si diceretur (vt ad omnia detur responsum) q. prędicta conclusio non procedat, quando testator aliquem filium instituit, & legata reliquit, Qui licet alium filium ignoranter præterierit, tamē legata debētur per ipsum auctentic. ex cā

ea ratione, quòd sicut vnum filium, quem instituit grauauit legatis. Ita verisimile est
53 quòd si cogitasset de alio filio ✠ Idem fuisset, vt per Iasonem in dicto auctentico ex causa num. sexto.

Quia respondetur, quòd huiusmodi limitatio est periculosa, vt inquit idem Iason, & non debemus recedere a regula, quæ
54 facit rem ✠ certam, nisi constet de fallentia glos. in l. omnis diffinitio de reg. iur.

Præterea diuersa ratio reformat pactum, &
55 vbi ✠ est diuersa ratio, diuersum ius est statuendũ, l. inter stipulantem §. sacram. vers. sed hæc quidem dissimilia sunt, de verb. obligat.

Nam considerandum est, quòd testator cum prospiceret in huiusmodi mentecapto filio, quem instituerat hæredem vniuersalem, defficere omnem spem probabilem, se posse in eo conseruari, sed potius quoquomodo, & longius conseruari in Ne-
56 ptibus ✠ iuxta legem liberorum appellatione de verb. significat. & hoc iure naturali commune etiam cæteris animalibus citato per Iustinia. institu. de iure natura. in principio, reliqui ideo illam tertiã partem dictis Neptibus, cui vltimæ Iulia, si eã cogitasset procreandam, ea ratione dictã tertiam partem reliquisset, nec est verisimile, quòd inter huiusmodi Neptes voluisset inæqualitatem seruare, cum non
57 ✠ magis per primas neptes, quàm per tertiam conseruaretur eius familia, l. pronunciatio §. familiam de verb. signific. Nec ad rem pertinet, quòd primæ sint de familia,
58 tertiam autem non, cum id per ipsum ✠ Iustinianum reputetur, quid scrupulosum §. cęterum institut. de legitt. Agn. succefs. & sic stat firma conclusio, quod illa tertia pars relicta primis Neptibus, siue eam dicamus institutionem prout aliter dici non potest, siue legatum vt aduersarij asserunt, non conseruatur vigore dicti autẽtici ex causa, immo infirmatur, & destruitur.

Non obstat dum dicebatur, quòd institutio de duabus partibus trium partium, si non potest valere iure directo, valeat tamen iure fideicommissi virtute clausulæ codicillaris, ita quod detracta legitima, &c. reliquum restituendum sit suprascriptis
59 hæredibus ✠ vt per Iasonem attestantem de communi in dicto auctentico ex causa num. 22.

Quia hoc impossibile videtur in casu nostro, cum istud fideicommissum effectum fue-
60 rit caducum ob ✠ mortem ipsius Antonij hæredis instituti dicto §. nouissimo l. vnice de cadu. tollen. cum dictus Antonius decesserit viuo testatore.

Nec minus dici potest, quòd reliquum, detracta legitima virtute clausulæ codicillaris, veniat restituendum ipsis primis Neptibus in ipsa tertia parte institutis, cum testator vltra dictam tertiam & legitimam noluerit (vt inspectis pluribus verbis ipsius testamenti apparet) quicquam vltra eis relinquere, & quòd non potuerit patet ex dicto statuto cap. 181. & clausula codi-
61 cillaris ✠ non operatur, quando deficit consensus ipsius testatoris Bar. in l. prima in quarta quæst. de iure codicill. Nã clausula codicillaris tendit ad conseruandam
62 voluntatem ✠ testatoris, vt ostendunt eius verba, vt per Dec. conf. 394. num. 9.

Pręterea clausula codicillaris non operatur, nisi vt illud, quòd fuit directo relictum scriptis hæredibus, si non potest valere iure directo, quod successuri ab intestato cen-
63 seantur grauari ✠ illud restituere scriptis hæredibus, non autem alijs Bar. in l. prima quæst. decime de iur. codicill. ex quo infertur, quod non possumus dicere, quòd ista Iulia neptis successura ab intestato virtute huiusmodi clausulæ codicill. vel alteri⁹ cuiuscunq; clausulæ in ipso testamẽto appositæ censeatur grauata restituere ipsis Neptibus prout supra institutis quicquam ex dictis duabus partibus in quibus institutus erat ipse Mentecaptus, quæ annullantur vt supra dictum est.

Non obstat illa clausula (omni meliori modo &c.) quia respondetur, quòd cum statutum cap. 181. annulleret etiam testamenta antea facta, in quibus duæ partes trium partium testator non reli-

quit

quit successoris ab intestato, sequitur, quòd noluit per quamcunque clausulam appositam in ipso testamento illud conferu.

Quia cum lex disputat de vno, in cæteris præsuponit terminos habiles, & quòd
64 nihil aliud obest, nisi ✠ id, quo disputatur, l. qui a latronibus captus est, & l. qui testamento. ff. de testa. cum aliis quampluribus, quæ pro hac maxima possent allegari, & sine qua infinita fere iura auctore præceptore meo Soc. percipi non possunt. Et sic cum Statutum cap. 181. velit, quòd ad hoc vt valeat testamentum factum, vel de cætero fiendum, quòd duæ partes trium partium ipsius testatoris facultatum relinquantur successuris ab intestato, alioquin quòd testamentum sit nullum, &c. præsuponitur quòd in cæteris testamentum sit validum, & loquitur de testamento va-
65 lido ✠ iuxta iura ipsum statutum præcedentia, pro quo facit lex quarta, §. condemnatum, & ibi Iason de re: Iudic. & quòd statuta debent intelligi secun-
66 dum ✠ communem vsum loquendi, l. liberorum, §. quòd tamen Cassius de leg. tertio, & per Doct. in l. prima de noui oper. nunciat. & quòd dictum testamentum, in quo non relinquuntur duæ partes successoris ab intestato, intelliga-
20 ſula ✠ conſtituti, quæ creditori electionẽ tribuit executiuam Caſs.d.§.3.in prin nu. 3. & in Rubri. 11. §.6. in tex.contre le tenementier num. 2. Ex quibus concludo Creditorem habentem bona debitoris obligata poſſe contra bona ipſa in eius optionem hippotecaria experiri ommiſſa perſonali actione, & executione de qua in allegato ſtat. 220. Contra debitorem tamen poſſidentem, & conſequenter actionem dictorum hæredum legitimè fuiſſe inſtitutam.

Schenardus.

SVMMARIVM.

1 *Fœudum deuoluitur domino non petita inueſtitura, intra annum, & diem a morte Epiſcopi, vel Vaſalli, Ratio quare nu. 2.*

3 *Fœudo conceſſo vni per ſe, & altero recipiẽti. ſi pars vnius deficit deuoluitur Domino, non autem alteri accreſcit.*

4 *Ius accreſcendi non habet locum in contractibus.*

5 *Poſt partem quæſitam ceſſat ius accreſcendi.*

6 *In fœudo nouo indiuiduo an locum habeat ius accreſcendi.*

7 *Conceſſio in ſolidum operatur ius non decreſcendi.*

8 *Vaſſallagij ius an acquiratur ſi quis per decennium dominum recognouerit tamquã vaſſallus.*

9 *Epiſcopus, cui fœudum deuolutum eſt, poteſt de eo diſponere ad libitum.*

10 *Fœudi primo inueſtitus debet præferri ſecundo inueſtito.*

11 *Fœudum paternum & antiquum quando dicatur.*

12 *Fœudum in dubio præſumitur paternum, et antiquum.*

13 *Fœudum non fit nouum propter nouam inueſtituram.*

14 *Ius accreſcendi habet locum in fœudis paternis, & antiquis.*

15 *Inueſtitura noua non requiritur cum pars iure accreſcendi acquiritur.*

16 *De fœudo antiquo inueſtiri debent agnati etiam linea finita. & 17.*

18 *Inueſtitura neceſſaria præſumitur ex poſſeſſione 10.annorum, & 21.*

19 *Renouatio facilius inducitur, quàm noua cõceſſio.*

20 *Ius accreſcendi in fœudis antiquis habet locum diuidui, & indiuidui ac quæſiti, & nõ quaſiti differentia ſublata.*

22 *Poſterior inueſtitura, ſeu locatio cum poſſeſſione præfertur prima ſine poſſeſſione, & 23.*

ARGVMENTVM.

Fœudi pars vna deficiens quando ad Dominum deuoluatur, vel cõ ſortibus iure accreſcendi quæratur. Et quando Epiſcopus teneatur inueſtire agnatos de fœudo deuoluto.

CONSI-

CONSILIVM XLV.

STeterat feudum in familia de Palearijs per antiquissimum annorum saltem 260. tempus, Et de quo nouissimè inuestitus erat Tognolus recipiens pro se,& Antonio eius fratre, Qui Antonius deinde nullis relictis descendentibus decessit, cuius partem cum sua per annos decem, & plures Tognolus ab inde citra possedit, De qua parte nunc Reuerendissimus Episcopus, tanquàm ob non petitam inuestituram intra annum, & diem deuoluta inuestiuit, Io. Iacobum Subuiam. Qua non obstante alteram partem Tognolo renouauit, Inter quos nunc superinde controuersia est cui eorum de iure spectet.

1 Pro Subuia cõmunis regula deducitur ✠ Feudum non petita intra illud tempus inuestitura a morte primi inuestiti, vel Domini, ad Dominum deuolui.c.1.Quæ fu. pri.cau.ben.amit. & cap. 1. de cap. corr. in vsi.feu.Rom.cons.27.in princ.Ias. in l. 2. num. 5.ff.si quis caut. Alex. cons. 136. colu.4. vers.licet volu.1. Cuius rationem

2 ✠ tradit Pau.de Castro in l. 1.nume.2. C. de patri.qui filios distraxerunt, Cui regulæ non obstat si diceretur portionem Antonij iure accrescendi Toguolo quęsitã, Quia huic dicto repugnat in terminis doctrina Bar.in l.si mihi,& Titio nu.4.vers. Quandoq; conceditur sic.ff. de verb.obl.

3 Vbi quod si fuerit ✠ feudum concessum Titio pro se, & nomine fratris sui, vt hic & contingat vnius partem deficere.q. illa ad dominum deuolui,non autem alteri accrescit,sequitur Ias. ibi num. 10. vers. aut ergo concessio Gab. Rom. cons. 87. nu.1.li. 1. Bal. in Rub.de duo fratr.a cap. inuest. num.2.Mago. decis.8.Luc.nu.5.

Stat.n.ante Bart. regula in contractibus illud

4 ✠ ius non habere locum d. l.si mihi, & Titio, Anch.quæst.Ill.cap.38. Gui. Pa.dec.

5 204.Multo minus cum iam ✠ esset pars præd.perfectè defuncto quæsita l.1.§. interdum ff.de vsufr.accresc. Bal. in d. Rub. de duo fratr.num.2.Spec.tit.de feud.§. 2. vers.36.Bar.in l.re coniuncti num. 49. ff. de leg.3. Mago. decis. 8. Luc.nu.6.Et in

6 fœudo ✠ diuiduo versemur secundum Io. And.in add.ad Specul.Rub.de feudis col. 2.vers. propter hoc. Incuius concessione

7 non vsus est dominus verbo ✠ insolidum. Cotta memorab. in verbo emph.concessa.

8 Nec tempus in facti Themate quo in ea feudi parte perseuerauit alter modus est Vassallagij acquirendi Bar. in l.litibus nu. 3.C.de agric.& cens.

9 Ergo de ea parte potuit Episcopus ad sui libitum disponere, Rom. d. cons.27.in prin.

10 Cui consequenter dispositioni sequens Tognoli renouatio cedere debet secundum regulam,qui prior extra de reg.iur.l. prima,C.qui pot.in pign. hab. & in term. feudalium inuestiturarum Calcan.consil. 127.num.1.

11 Quibus tamen minimè obstantibus contrarium iudicandum respondi cum fæudum hoc, quod a pluribus ascendentibus successiuo ordine descendit in istos, sit paternum, & antiquum iuxta doctrinam Iasonis in prælud.feud.nu.85.Soc. sen. cõs. 66.nu.2.vol.3.Alex.cons.136. nu.3. vol. 1.Albæ.cons.61.nu.4.

12 Et tale in dubio præsumitur, Alba cons. 382.nu.23.Decia.cons.11.num.39. vol. 1.maximè cum vassallus sit in possessione. Crau.loco infra allegando nu.6.

13 Quod feudum vltima inuestitura ipsis fratribus cõcessa non facit videri nouum, vt in fortioribus tradit Crau. de antiq. temp.par.vltima,quæst.vltima,nu.21.

14 In quo paterno,& antiquo locum habet ius accrescendi Bar. in d. l. si mihi num.5. Ias.ibi num.10. vers.istam,& nu.12.Bar. in cons.58.in prin.lib.1.Alex.d.cõs.136. num.3.Bal.in l.vnica nume.32.vers.item super eo.C.qua.nõ pet.par.accr. Soc. sen. cons. 66. num.2.vol.3. Clar. in §.feudũ, quæst.77.vers. 2 p̃r Purpu.cons.109.nu. 5.& cons.114.num.2.lib.1. Mago.decis. 62.flor.in prin Ronchegal.in l.eandem in prin.

prin.num, 136. ff. de duo reis Soc. consil. 66.lib.3.

15 Cum autem portio per ius accrescendi quæritur. noua non exigitur agnitio, seu inuestitura, Imo.in ad.ad Bal.in d.l.vnica dictis numero 32. & vers. super eo,Bal.in dicta Rub. de duo fratr. numero 3. Cotta in memor. verb. emphireusis concessa. Dec. consil. 144. numero 6. vers.præterea.

16 Accedat quòd quatenus requireretur, etiam ad eius concessionem tenebatur omnino Episcopus, siuè linea durante,

17 Decia. consf. 21.num.7.lib.3. siue etiam ea finita .Rui.consf. 12.numero 18.& seq. vol.1.Fran.Marc.Delph. decis. 105. par. secunda.

18 Quæ necessaria inuestitura allegatam possessionem fœudi post mortem Antonij præcessisse præsumitur Bal. in l. 1. col. 4. quæst. 31.ff. de re .diu.

19 Facilius enim quid renouatur, quàm quod inducatur de nouo,Crau.de antiq. temp. par.vlt.quæst.vlt.num.15.Fortius autem prædicta procedunt iuncta inuestitura, quamquàm posteriori ex his quæ sequuntur infra numero 22.& seq.

Non ob. modo contraria,Er primo ad id, quod deuolutum sit propter non petitam inuestituram ex dictis supra nu.13.& 14.colligitur responsio.

Non ob.quod sequitur cessare ius accrescendi, quoniam fuit ex dictis supra numero 11. 12, sublatum distinguendo fœudum nouum, & antiquum, quod sumitur etiā ex tex.in c.1. de duo fratr.de no. ben. in-

20 uest.Diuidui, & indiuidui, ac quæsiti, & non quæsiti differentia sublata Bal. in d.l. vnica num.33.

Non ob. quod de tempore sequitur,Quia pro-

21 cedit in voluntaria, non necessaria inuestitura, vt ex Bal. in d.l. prima, d. q.31. allegaui. In quo tamen fundamento propter deffectum præcipuè scientiæ Episcopi non insisto.

Non ob. Nec posse in posteriori inuestitura concessa Tognolo fundamentum constitui cum eā altera Subui. præcedat. Quia

22 Respondetur Imo. & hoc solum pro victoria sufficere, cum ista, licet posterior, cum possessione iungatur. Alex. cons. 136. num.3. vers.cofirmantur vol. primo

23 facit quod de secunda locatione num. 4. scribit idem Alex.cons. 122. vers. præterea vol. 5.quem sequitur Hier.Maril.in repet.ad l.quoties num.28. & 35. C. de rei uend. Quod in terminis feudalis inuestituræ, innuit Calc. loc.in contrarium allegato num.4. Quibus stantibus pro Paleario iudicandum insisto.

Schenardus.

SVMMARIVM.

1 *Actio locati, insq; Colonia præscribitur 30. annis & in emphiteusim transit.*

2 *Colonus, qui longissimo tempore possedit præsumitur perpetuo inuestitus.*

3 *Aduersus præscriptionem 40. annorum non dari restitutionem in integrum, Contra num. 9.*

4 *Locatione finita conductor tenetur dimittere rem vacuam.*

5 *Conductor finita locatione perseuerans in tenuta remanet conductor solum de anno in annum.*

6 *Emphiteota nunquàm censetur ex longissimo tempore, si de simplici locatione constat instrumento.*

7 *Constito de temporali locatione qui allegat perpetuam tenetur probare, aliter quàm tempore.*

8 *Pluralitas instrumentorum, & cōtractuum non præsumitur.*

10 *Præsumptio veritati cedit.*

ARGVMENTVM.

Locatio, quæ longissimo tempore durauit, an in emphiteusim transeat, ita vt Colonus non teneatur rem dimittere.

M CON-

CONSILIVM XLVI.

Instruat me qui nascens Idolum fecit tristem redire sub orcum.

QVæstione mihi proposita, quæ disputatur inter Nob. Dominos Antoniū Mariam de Benzole, & Basilium Quadrium de Clurio statim pro ipso D. Basilio, Respondendum putaui solius regulæ memor, q̄ annorū xxx. spacio ius Coloniæ præscribitur, locatiq;
1 tollitur actio ✠ tex. in l. cum satis, §. cum autem C. de agri. & censi. lib. 11. Bald. in l. male agitur in 2. lect. num. 12. & in l. omnes nu. 4. C. de præscr. xxx. an. Crau. trac. de antiq. temp. par. 4. in verbo materia nu. 100. & par. 3. in fi. nu. 40. Affl. decis. 365. nu. 13. Rota de Perus. Iosephi Ludu. dec. 106. nu. 21. & seq. par. 2. Alex. de Neuo cons. 26. num. 27. Fran. Marz. cons. 15. car. 69. Ang. de Gamb. cons. 17. car. 65. nu. 25. Quoniam tunc Colonus præsumi-
2 tur ✠ perpetuo inuestitus Iul. Clar. in §. feudum quæst. 19. in prin. Alex. cons. 69. nu. 5. vol. 5. Dec. cons. 146. nu. 2. Rim. sen. cons. 429. num. 39. Bal. cons. 106. Columbinus col. 2. lib. 1. & cons. 24. col. 2. vers. & tenendum est lib. 4. Gab. Rom. referens innumeros lib. 1. com. concl. tit. de præsump. concl. 1. num. 18. Et eo magis sic mihi respondendum putabam cum lapsi essent 40. & plures anni, aduersus quam
3 præscriptionem, neq; prætextu ✠ iustæ ignorantiæ, Restitutionem in integrum concedi scribit Dec. cons. 29. num. 3. & per totum, & Alex. cons. 163. num. 1. vol. 2.

Verùm deinde in contraria tanq̄ firmiori iuris sinu me constitui. Quia locatione
4 finita, finitur ius in re ✠ & conductor rē conductam tenetur dimittere vacuam, Caroch. trac. locat. vers. restitutione spoliatorum num. 2. Borg. Caual. decis. 44. nu. 101. Et licet conductor perseueret in
5 possessione tamen de anno in annum ✠ remanet simplex conductor, Anch. iun. quæst. 24. num. 10. & seq. Burs. cons. 23. num. 3. vol. 1. Rui cons. 61. nu. 11. vers. nā vbi vol. 1. Rim. iun. cons. 234. nu. 19. vol. 3. Quandoquidē constet de ipsa tempora li inuestitura in contrarium, Tunc nullus
6 lapsus ✠ temporis Colonū constituit Emphiteotā, sic Doct. mox. allegati loquunt, & in specie Anch. & Burs. Quibus conferunt tradita p Alex. cōs. 113. vol. 1. Rim. iun. cons. 257. num. 42. & seq. vol. 1. Menoch. lib. 3. præs. cap. 133. num 79. Mant. Angus. cons. 71. nu. 20. vol. 1. Natta cons. 162. nu. 29. vol. 1. Caual. decis. 28. nu. 11. Ceph. cons. 238. nu. 17. Quòd si Colonus alleget alterā perpetuam, tenetur illā pro
7 bare ✠ aliter q̄ ex sola temporis longinquitate Alex. d. cons. 113. nu. 1. vers. aut allegat vol. 1. Fer. Gargia patroc. 100. nu. 3. eo quod pluralitas instrumentorū, & cō
8 tractuū ✠ non præsumitur Ceph. cōs. 540 nu. 113. vol. 4. Crau. cons. 198. nu. 1. Menoch. lib. 6. præs. cap. 15. per totum. Quæ eo magis firmo esse vera, cum mihi Dñs Antonius Maria in facto præsuponat, dictæ inuestituræ hactenus fuisse inscium, ex qua causa (si vera) sibi in omnem casum esse subueniendum aduersus præscri
9 ptionem etiam ✠ 40. annorum æquitati conuenit. Crau. trac. de antiq. temp. par. 4. princ. in verbo Materia num. 58. & nu. 71. vers. ex præmissis Multi apud Couar. reg. possessor. tertia par. relect. §. tertius nu. 1. & 2. Balb. trac. præsc. quarta quartæ princ. quæst. 29. Affl. decis. 37. numero 1. & decis. 329. num. 5. & 7. Cotta in suis memorab. in verbo restitutionis, Tiraq. trac. lignag. §. 35. glo. 4. numero 37. & 44. vbi de communi. Rol. a Valle consil. 68. numero 25. vol. 3. Goz. cons. 56. nu. 11. Mars. in comm. ad l. Corn. de Sicc. in l. qui ignorant. num. 12.

Ex quibus prædictis omnibus patet ad contraria responsio, Ad primum quod tam longo tempore præscriptum sit ius locatoris, Conductorque præsumatur perpetuò inuestitus, procedere vbi de temporali inuestitura non appareat in contrarium

contrarium vtsupra latè tradidi, Ratio est,
10 vt præsumptio cedat veritati. Dec. cõs. 400. num. 8. & cons. 463. num. 22.

Ad secundam de Restitutione aduersus talẽ præscriptionem patet inquam responsio, cum ex proximè dictis appareat istam contrariam veriorem esse, ac magis communem.

Ex quibus omnibus concludo ipsum D. Basilium teneri ad petię locatę restitutionem, solutis sibi prius melioramentis; Sicque concludendo transeo cum sententia cæterorum Excellentissimorum Doctorum ac patrum meorum ad fauorem D. Antonij Mariæ consulentium.

Schenardus.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatione contrahitur agnatio.*
2 *Legitimatus etiam a Comite palatino fit agnatus.*
3 *Legitimatus succedit quemadmodum legitimus.*
4 *Legitimatus non differt, præcipuè in succedendo a verè legitimo.*
5 *Legitimatus dicitur vere, & propriè legitimus.*
6 *Legitimatus excludit substitutum alicui sine legitimis decedenti.*
7 *Legitimatus excludit fœminas, stante statuto fœminarum exclusiuo, Contra nu. 42.*
8 *Legitimatio, cui pater consentit, non requirit aliorum citationem.*
9 *An mater semel exclusa statuto 188. propter agnatos, sit perpetuò exclusa, an autẽ cessantibus agnatis succedat, & 45.*
10 *Dictio quilibet quid significet.*
11 *Dictio omnis quid significet.*
12 *Dictionis quæuis natura.*
13 *Statutum generale non restringitur contra rationem recti sermonis.*
14 *Obligatio, & hippoteca successione cõfũditur*
15 *Exclusa matre censentur exclusi cognati remotiores, qui iungũtur per eã. Dec. nu. 51.*
16 *Radice infecta, tales cẽsẽtur veniẽtes ex ea.*
17 *Qui vincunt matrem, multo magis vincere debent quos vinceret mater.*
18 *Successio inter cognatos a graduum prærogatiua regulatur.*
19 *Matertera est in tertio gradu consanguinitatis.*
20 *Quinto gradu consanguinitatis qui numerentur.*
21 *Cognatorum nulla est differentia quod ex patre, vel matre iungantur.*
22 *Ommissum a statuto relinquitur dispositioni iuris communis.*
23 *Cessante rõne statuti, cessat eius dispositio.*
24 *Ratio exclusionis matris, & cognatorum.*
25 *Ratio conseruandæ familiæ, cessat in cognatis tam a patre, q̃ matre procedentibus.*
26 *Statutum nouum interpratatur secundum antiquum.*
eo. *In successione transuersalium nõ habetur distinctio bonorũ a patre, vel a matre puẽtorũ.*
27 *Natus ex his, inter quos nõ põt esse matrimonium, non legitimatur, sed dispensatur tãtũ.*
28 *Spurius, neq; per subsequens matrimonium legitimatur.*
29 *Legitimatio, & dispẽsatio in plur. distinguũt.*
30 *In dispensatione non venit nisi q̃d exprimit.*
31 *Dispensatio est odiosa, & strictissimi iuris.*
32 *Legitimatio non extenditur ad bona agnatorum, quorum non est facta mentio.*
33 *Legitimatus an non consentiẽtib. succedat.*
34 *Spurius legitimatus, seu dispensatus nõ succedit agnatis.*
35 *Imperator non potest legitimare in terris status Mediolani.*
36 *Dux Mediolani habet iura Imperij.*
37 *Comes habens auctoritatẽ ab Imperatore, non potest legitimare in Ducatu Mediolani sine Ducis consensu.*
eo. *Legitimare non potest Princeps ad bona alterius territorij.*
38 *Statutũ vocans agnatos ad exclusionẽ cognatorum, non intelligitur de legitimatis.*
39 *Statuta non intelliguntur de casu ficto disponere.*
40 *Legitimatus non est verè propriè agnatus.*
41 *Legitimatus non est verè legitimus.*
43 *Legitimatus non admittitur ad retractum agnatis concessum.*
44 *Legitimatio sine causa facta non valet.*
46 *Vna determinatio plura respiciens, ea aqualiter determinat.*

47 *Interpretatio illa sequenda est, quæ minus discordat a iure communi.*

48 *Statuti dispositio, quamquàm vniuersalis ad ius commune quantum est possibile reducitur.*

49 *Statutum restringitur ad limites suæ rationis.*

50 *Spurio succedunt Cognati ex matre, licet non ipsa.*

52 *Obseruantia est optima legis interpras.*

ARGVMENTA.

De legitimatis, & dispensatis, quibus, & quando succedant, stante statuto cognatos excludente stantibus agnatis.

De potestate Imperatoris, & Comitis palatini, an exerceri possit in Ducatu Mediolani, seù aliis terris liberis, seù ei non subditis.

Inter cognatos an sit differentia eorum qui sunt ex parte patris, & eorum qui sunt ex parte matris, vt paternorum bonorum, & maternorum distinctio fiat

An Mater secundum statut. 188. censeatur exclusa etiam deficientibus Agnatis.

CONSILIVM XLVII.

Factum tale proponitur.

Decessit D. Lucia f. q. D. Francisci de Andrianis, & D. Ioannina de Vitanis nullis relictis ascendentibus, neque descendentibus, sed Collateralibus, seù Transuersalibus in Arboribus scribendis, & quorum viuentes signantur. a.

Arbor paternæ consanguinitatis.

Christophorus porinus

Io. Antonius.	Franciscus.	Felicita.	Catherina.
Christophorus legitimatus.	Lucia.	Vrbanus.	Io. Petrus.
Io. Ant. & Io. Baptista Porini. a.		Bartholomeus, & fratres. a.	Giorgius. a.

Arbor maternæ consanguinitatis.

D. Io. Antonius Vitanus.

Margarita.	Ioannina.	Benedicta.
	Lucia prædicta.	

Nunc quæritur, cui prædictorum debeatur hæreditas Luciæ prædictæ.

Humani generis Redemptore inuocato.

IVxta speciem propositi Thæmatis, & facti videtur pro ipsis Porinis ex ipso legitimato respõdẽdũ. Cum. n. in succedendo potior sit causa agnationis statuto in ciuil, c. 188. Quam legitimatus
1 ✠ contrahit Castr. cons. 27. numero 2. & cõs. 34. nu. 3. vers. Nam volu. 2. Butr. in c. cũ venerabilem nu. 17. qui fil. sint leg. Ias. in l. si is qui nume. 232. & 241. ff. de vsuc.

Crau.conf.138.nume.4. Couar. trac. de spon.par.2.cap.8.§.10.nu.2.Dec. consil. 366.nu.5.Parif.conf.5.nu.11.vol,2. Läbert.trac.de contr.mul.gl.29. num.12.& 13.Siuè fit ab Imperatore, siue a suo Co-
2 mite + legitimatus. Parif.conf.4.num.3.
3 li.2.Sequitur ipsos + esse cæteris præferendos, Parif.ibidem. Et pro confirmatione facit quòd legitimatus præcipuè in succe-
4 dẽdo + nil differt a verè legitimo, §.si quis igitur in auth.qui mo.nat.effi.leg.Dec.in l.liberorum,num.3.C.de coll.Iaf.in Rub. de lib. & posth. num. 9. Io. Dilec.de arte Test. tit.3,cau.6.num.1. Dec.conf. 366. num.2.& 3.Parif.conf. 1.nu. 57.& conf. 8.nu.7,vol.2.Curt.iun.conf. 153.nu.11. Ceph.conf.277.nu.1.latissimè probat.Tiraq.de iure primog.quæst.34.nu. 50. Idẽ Dec.conf.258.nu.6.Er dicitur verè,& p-
5 priè + legitimus Dec.conf.275. nu. 6. & conf. 366.num.2.Hinc dicunt scribentes
6 etiam legitimatum excludere + substitutum Castr.conf.34.nu.3.volu.2.Iaf.conf. 40. num.2.vol.2, Dec.conf.365.nu.6. & conf.366.nu.4. Tiraq. ad l. si vnquam in verbo susceperit nu.84.Imol.in l.ex facto §.si quis rogatus nu.17.ff. ad Treb. & ibi Aret.nu.9.& communem testatur Castr. conf.30.num.2.vol.1.Alex.conf.2.num. 41. volum.1. Alij innumeri, quos refert Craf.trac.de succefs. §. fideicommissum, quæst. 38.num.2.vers.secunda, Et non solum excludere substitutum, verùm etiã
7 fœminas + in casu nostri stat. cap. 185. tradit idem Cast.conf.34.col.2.vers.& similiter,& col.seq.vers.&ex his patet vol. 2.post Bal.in l.cum accutissimi num. 7.C. de fideic.Dec.conf.365.num.7. & consi. seq.num.4.Parif.conf.5.nu.13.vol.2. Tiraq.vbi supra num.82.Cur.iun.conf.153. num.10.vbi de communiori testatur, & Vasq; de succefs.progre.§.2. nume. 78. Burf.conf.85.num.12.vol.primo, Nec videtur validitatem legitimationis posse in dubium reuocari ex deffectu citationis,
8 quia vbi pater + consentit non est opus aliorum citatione,Bened.Cap.conf.2.nu. 14.Iaf.in l.Gallus §.& quid, si num.105. & 130.ff. de lib.& posth. Alc.conf.207. numero 3.Soc.trac.de cita.art.7. numero 70.Boer.decif.122.numero 1.& seq.Tiraq.in l si vnquam in verbo susceperit liberos numero 65. C. de reu. don. Gab. fuis com.conclu.tit. de cita. conclu.1.numero 141. & seq.Burf.conf.76. numero 43. volu.primo, Ex quibus videtur concludendum eos de Porinis esse ad dictæ D.Luciæ successionem admittendos.

Et vbi quòd etiam faciat dicta hæreditas trãsitum in cognationem, videtur eos cognatos in successione præponendos, qui D.Luciæ ex paterno latere iungebantur, licet in gradu remotiori, exclusis Nob. Margarita,& Benedicta iunctis ex matre. Nam statutum cap.188. concludens matrem, videtur non + tantum ipsam excludere dum agitur de successione inter agnatos; verum, & inter cognatos.Cum post agnatos vocatis cognatis ibi, [& non essendogli alcuni di questi] subdit statutum, [statuendo però, che in ciascun delli detti casi si debbino gli alimenti alla matre, & all'aua.] Cum igitur statutum velit in quolibet casu Matri, & Auiæ alimenta præstari, sequitur, ipsas nullo casu succedere; Et hæc consequentia probatur etiam ex sequentibus verbis statuti ibi, [Et non hauendo doue si possino alimentare:] Si enim succederent inde tunc haberent quo se alerent, & per consequens limitaretur dispositio statutı, quæ vult in omni casu prædicto alimenta præstari, quod non est conce-
10 den. Tum ex natura + vniuersalis dictionis quilibet, quæ omnes casus compræhendit, vt tradit glo. in l. omnes in verbo quaslibet, C. de quad.præsc.& in l. omnes C. de præscript. 30. vel 40. ann. in verbo, enumerate. Alex. conf. 154.colum.2.volum.2.quem refert Menoch. trac.recuper.pofs.rem. 6. numero
11 14.prout de + dictione omni ponit glo. & Bal.in l.a procuratore, C.mand. Dec. conf.472. numero primo,& seq. & conf. 113.numero 4.& consil.609. numero 2.
12 Et de dictione quæuis, + quæ omnes vidẽtur conuerti in illam vulgarem[ciascuno nam, & hæc omnia compræhendit glo.

M 3 in

in clem.ne.Romani in verbo quouis de elect.Rui.conf.123.nu.11.vol.2.Soc.iun. conf.2.nu.21.lib.1.& conf.92.nu.14.lib. 2.Parif.conf.33.nu.29. lib. 3. Tum ẽt ex natura, seu virtute statuti, quod si sit gene
13 rale vt præsens, non ✠ recipit restrictionẽ contra rõnem recti sermonis Dec. conf. 451. num. 5. Tiraq. trac.cess.causa num. 153.vers.ideoq; ipse,& trac. præsc. §. 1. gl.6. & 7.num.26.volu.3. Caualch. trac. de tutore num.98.Soc.reg.284.Cum ergo in omni casu alimenta debeantur matri,& auiæ nullo casu succedunt, quoniã
14 res successione desinit ✠ esse obligata l.si debitori creditor, ff.de fideiuss.l.debitori, C.de pac.cum sim.

Modò dico, quòd matre exclusa censentur
15 exclusi ✠ omnes cognati remotio res Capra, conf.1.num.17.Soc.sen.conf.28.nu. 6.lib.4.Idem Capra conf.107.nu.2. Bar. in l.2.§.videndum nu. 92. vers. præterea, ff. ad tert. Ias.in l.Gallus §. nunc. de lege, nu.19.de lib. & posth. Rom.com. concl. lib.6.concl,7.de stat.nu.48, qñ.n. Radix.
16 est infecta, tale censetur omne † prouenięns ex ipsa, Dec.conf.624.num.4. Rui. conf. 158.nu.6.lib.1, Petrus Surdus dec. 41. nu.7.Cur.iun. conf.157.num.1.& 2. Gab. Rom.comm. concl. tit. de hær. instit.concl.3.num.19. Abb.conf.75.nu. 6. par.prima.Menoc.lib.4.præsum.cap.79. num.25. Dec.conf.471.num. 6.& conf. 484.nu.2.& conf.589. nu. 6. facit etiam regula, nam si vincit cognatus paternus
17 matrem, multo magis ✠ debet vincere, quos vinceret ipsa mater per l. de accessionibus, ff.de diu.& temp.præsc.cum cõcord. Et sic cognatos maternos remotiores toto tit.C. ad Tertul. & §. si igitur in auth.de hær.ab intest.Ne sint melioris cõditionis arg. l. si viua matre, C. de bonis mat.

Sed his,& aliis similibus non obstantibus successionem deberi prædictis materteris solis iuris esse firmo,& ex infrasc.constat.

Et primo præsupono agnatos deficere, quicquid Porini contendant prout infra ad eorum fundamenta Respondendo patebit; Cum ergo quæstio sit inter cognatos, eius
18 ✠ successio erit cuius est ꝓrogatiua grad⁹, dicta stat.cap.188.ibi,[& non essendogli alcuno di questi, succedino gl'altri secõdo la ꝓrogatiua del grado,] & §. si vero neq; in auct.de hær.ab intest. Quòd aũt mater terarũ sit ꝓrogatiua gradus, nemo est qui
19 dubitet, Cum sint ✠ in 3.gradu.l. iuriscon sult⁹ §. Tertio gradu vers. auncul⁹ ff. de grad.affi.& §.3.gradu inst.de grad.Cogn.
20 Et Bartholomeus de Maze cũ cæteris ✠ sint in quinto, §.5.gradu Instit.eo.& d.l.iurisconf.§.quinto gradu.Concludo ergo dictis materteris successionẽ pertinere, Nec
21 eis obstare ✠ quod ex matre iungantur, d.§.si vero, neq; vers.nullam veto, Cuius
22 paragraphi decisioni standũ est ✠ Cũ huiusmodi distinctio ommissa sit a statuto, l. comodissimè, ff.de lib.& posth. Dec.conf. 451.nu.6.Affl.dec.21.num.13.Pet.Ger. sing.7.vers.nõ ob.q. casus,& stat.in ciu,c. 2.&in crim.c.105.Quòd aũt in d.stat.nõ fiat talis distinctio,& differentia inter cognatos, ex patre,& ex matre, ꝓbo ẽt primo a rõne cessante statuti, qđ argumẽtũ
23 ✠ in iure validũ est l.qđ dictũ. ff.de pact. Bar.cõf.6.nu.3.Euer. in loco a Rõne ces-
24 sante nu.2.& 3.Ratio ✠ .n.statuti quare matrẽ eiusq; Ascẽdẽtes,& cognatos excluserit est sola familiæ, & agnationis conseruatio Dec. cõf.333.nu.2.in fi. Portius in §.cæterũ nu.2.instit.de leg.agn.succes. Alex.conf.89.nu.4.vol.6.Gab.Rom.li.6. conc.tit.de statutis concl.6.Cur.iun.conf. 150 nu.1.Bero.cõf.143.nu.6.vol.1.Quę
25 ✠ inter cognatos istos cessat, cũ non magis ꝑ vnũ, q̃ per aliũ ipsa agnatio conseruetur ꝑ id qđ ponit Ias.in l.2.num.6.vers. tertium, C.de in ius. voc. & ibi castr.in fi. &in l.maritus nu.5.C.de proc.Ias.in l.qui filiabus nu.22.de leg.1.post Port. in d.§. cæterũ nu.1.Ias.in l.si arrogatur num.19. de adop.Nam si in illis casibus non põt ꝑ filiam familiæ conseruari, quia exitura est agnationem, multo minus conseruabitur per istos, qui nunquam fuerunt de ipsa.

Secundo probo in statuto non fieri huiusmodi differentiam a coniunctione dicti statuti 188. cum veteri cap. 274.a quo nouum
26 sumptũ est, qđ argumẽtũ ✠ optimũ ẽ ad statuti

ſtatuti noui interpretationẽ l.2.C. de nix.
Iaſ.in l. ſciendum num. 4. poſt glo.ff.qui
ſat. cog. in quo veteri poſtquam vocauit
agnato ſic legitur ſcriptum: Et his defi-
cientibus ſuccedãt coniuncti ex linea ma
terna. Nec bonorum a patre, & a matre
prouentorum facienda eſt diſtinctio in his
tranſuerſalibus, & graduum diſparibus
Theſau.deciſ.27.nu.4. & ſeq.Gab.Rom.
com.concl.tit. de ſucc. ab inteſt. concl. 3.
nume. 5.6.& 7. q͞m extra caſum ſuum
non extenditur lex,quod ſcitis,§. ſinautẽ
C.de bo. quæ liber. Viu.dec.173.num.8.
Non ob.modo in cõtrarium oppoſita; Et pri
mo non obſtat,q̄ Potinis ſit ſucceſſio defe
renda,cum per legitimationem contraxe
rint agnationem, Quia hoc fundamentũ
ex pluribus tollitur.
Primo,quia præſuppoſitum non eſt verum,
q̄ Chriſtophorus fuerit legitimatus,cũ eſ-
ſet natus ex his,inter quos matrimonium
27 eſſe non potuiſſet,quo caſu non eſt ✠ legi
timatio,ſed diſpenſatio. Dec. conſ. 393.
num.10.Capra,conſ.1.nu.10.Alc.conſil.
202.num.7. Menoch.conſ.181.num.17
vol.2.Oſaſ.deciſ.119. num. 3.& 6. Mul-
ti,quos hoc firmans refert Ceph.cõſ.278
28 nu.26.Imo ſpurius ✠ qualis eſt iſte, & de
quo loquuntur Doc.prædicti,neq; ſequen
tibus nuptijs legitimatur, Ripa in l.ex fa-
cto,§.ſi quis rogatus,num.47.ff. ad Treb.
Cur.iun. conſ.27. nu. 5. Ceph.conſ.276.
num.21.Cum ergo non eſſet legitimatio,
ceſſant omnia, quæ dicuntur de legitima-
29 tis,a quibus diſpenſati in pluribus ✠ diſtin
guuntur vt tradit Pariſ. conſ.7.num. 8.li.
2.Couar. de ſponſ. ſecundæ par.cap. 8.§.
8.in prin.& nu. 5.Et in diſpenſatione non
30 venit,niſi quòd ✠ in ea ſpecialiter exp̄ſſũ
eſt.Pau. de Caſ.in l. ſed ſi hac lege, §. pa-
tronum nu.5.& 6.ff. de in iuſ.voc. & cõſ.
31 30.in fi. lib.1.Quia odioſa ✠ eſt, & iuris
ſtrictiſſimi,Dec.conſ.258. nume.20.Alc.
conſ.207.num.9.& conſ.209. nume.12.
& 13.Pariſ. conſ.7.num.19.& 22. vol.2.
Rol.à Val.conſ. 89.nu. 50. vol. 1.Ceph.
conſ.285.num.22.Et propterea non po-
teſt ſuccedere agnatis, cum in ipſa diſpen
32 ſatione non contineatur ✠ nec de eis ali-
qua fiat mentio, Vnde eis nec agnoſcitur,
nec ſuccedit.Soc.in l.Gallus, §. & quid ſi
nu.21. verſ.& licet de lib. & poſth. Dec.
conſ.367.nu.5,& cõſ.316.nu.5.verſ. cir-
ca primùm latè Gab. Rom.com.cõcl.li.6
Tit.de legiti.concl.7.nu. 15. Et quicquid
contendant ſcribentes,an legitimatus ſuc
cedat agnatis, ſeù aliis non conſentienti-
33 bus, quas contrarias ✠ opiniones refert.
Lamb. trac.de alien. mul.gl.19 num.12.
34 & 13.Tamen quòd filius ✠ ſpurius legi-
timatus, ſeù diſpenſatus non ſuccedat a-
gnatis, indubitatam eſſe dicit Alc. conſil.
207. num.4.Cou. de ſponſ.par.2.cap. 8.
§.10.num.2. verſ.quod eſt.
Quam concluſionem iudubitatam cõfirmo,
quoniam tempore dictę diſpenſationis iá
extabat conſtituto in Ducatu Mediolani,
vbi facta eſt dicta diſpenſatio, quòd nul-
lus legitimatus,ſeù diſpenſatus poſſet ſuc
cedere alicui aſcendenti,nec collaterali le
gitimationi,ſeù vtſupra non conſentienti
expræſsè, Quæ conſtitutio. & nunc legi-
tur in primo vol.ſtat. cap.456.quæ ſtatu-
ta iam publicata erant anno 1421.die Io-
uis 30. Ianuarij, vt legitur in Diplomate
ſcripto in fine dicti voluminis in vltimis
verbis; Vnde ex eo manifeſtè conſtat di
ctam legitimationem, ſeu diſpenſationẽ
non referri,nec poſſe ad agnatos.ſed ſolũ
ad patrem,ſicuti eius verba ſonannt.Ete-
35 nim nec ✠ ipſemet quidem Imperator
hoc potuiſſet in illo Ducatu, Cotta in ſuis
mem. in verbo Imperator orbis in fi. & in
verbo Mediolanum in fi.& in verbo legi-
36 timatio facta, Quia in eum ✠ Ducem e-
rant tranſlata iura Imperij in primis inue-
ſtituris,& par erat Cęſari,ita Ripa in cap.
3. num.13.de reſcrip. Boſs. in ſua praxi
tit.de defen.num. 58.Menoch.conſ.2.nu.
37 105.vol.1. Ergo multò ✠ minus Comes
Palatiuus, Ceph.vbi de Dominio Medio
lani conſ. 23.num.78. legitimare.n.non
poteſt princeps ad bona alterius territorij
Lucas de Penna in l.duum virum num.8.
C.de Decur.& in l.4. num.39. C. de his,
qui ſponte lib.10. Cur.ſen. conſ.73.colu.
29.verſ.quinto.
Secundo confirmo dictam concluſionem le-

gitimatum non posse succedere agnatis ad exclusionem præcipuè cognatorum, Quia statutum tale excludens Cognatos
38 pp agnatos non cōprehendit agnatos ✠ legitimatos, Cur.sen.cons. 16.nu.19.& 20.quem Sapia.refert, & sequitur in l.qui se patris num. 71. C.vn.lib.Ceph. consil. 278.num.30. Castr.cons.178. vers.item confirmatur lib. 2. Menoch.lib.4. præs. cap.79.num.24.& cons.164.num. 17.li. 2. Ratio est,quia statuta loquuntur in pro
39 prio & vero casu, non aūt ✠ ficto. Ceph. cons.278.num.30.Affl.decis.21.nu. 10.
40 legitimatum autem non esse vere,& † ꝓpriè aguatum tradit Dec. cons. 275.nu.
41 8.nec ✠ verè legitimum, Dec. d.num. 8. vers.non ergo.Ceph.d.cons. 278. nu. 29. in fi.Couar.de spons.par.2. cap. 8. §. 8.nu.4.vers. tertio ex eadem Tiraq.tract. de Retrac.lignag.§.1.gl.8.num.12.
Et ideo successit magis communis opinio le-
42 gitimatum non ✠ excludere fœminas in terminis statuti cap.185.& 188. ibi così però, sicuti ex relatis per Crass. trac. de success.§.fin.quæst.19. nu. 12. patet, vbi negatiua dicit vincere numero, & ratione,ac in Camera imperiali esse receptam.
Nec admitti ad retractum qui,vel ex statuto,
43 vel ex consuetudine† competit Agnatis, Cass.in Rub.retrac. x. §. 1. in tex. le plus prochain nu.6.Tiraq. trac. retrac.lignag. gl.8.§.1.num. 12. Rol. a Valle cons. 83. num.13.vol.3.Lamb.trac.de ali. mul. gl. 19.num.8. Menoch.cons. 164. num. 18. lib. 2. Quare si non comprehenditur in statuto legitimatus, multo minus talis dispensatus, vt latè tradidi.
Tollitur secundo similiter, quia facta est sine
44 causa,vnde ✠ redditur nulla, vt copiosè tradunt Ceph. cons.285.num.28.& seq. Dec.cons. 393. num. 11. in quibus locis dicunt non releuare si Comes dixerit fuisse cum causæ cognitione. Sed in hac ob temporis antiquitatem non insisto.
Non obstant etiam,quæ pro cognatis ipsis remotioribus dubitantur;Et primo quod ex quo exclusa est Mater, censentur exclusi alij cognati ex ipsa,Quia respondetur primò,quòd præsuppositum est falsum Ma-
45 trem ✠ non extantibus agnatis esse exclusam: excluditur.n. in prin. illius statuti 188. simul cum cognatis pro conseruatione familiæ,vt docui supra,Ex quo statuto non magis excluditur mater quam alij cognati, Cum vna determinatio respiciens plura determinabilia, censeatur omnia
46 æqualiter determinare, ✠ quorum eadē est ratio, l.iam hoc iure, ff. de vulg. Dec. cons.394. nume.3.Propterea sequens dispositio ibi; [Et non essendogli alcuno de questi,] intelligi debet de omnibus in initio exclusis stantibus agnatis, sic etiam statutum reducimus consentaneum iuri cōmuni,Et ideo interpretationem recipien-
47 dam ✠ ex nota.doctr. Abb. in c. cum dilectus num.6.de consue. Dec. cons.268. num.2. Verba autem in statuto sequentia ibi, [statuendo però, che in ciascuuo,] referenda sunt ad casus, in quibus excluditur stantibus Agnatis: Nulla enim est generalitas,nec vniuersalitas verbi, & statuti,quæ non restringatur ad terminos iuris
48 communis quantum ✠ est possibile, Osas. decis.59.num.8.Cam.Galli.trac.de verb. sign.lib.8.cap. 9.num.2.Quæ restrictio fit
49 ex ratione ✠ legis, & statuti. Alc. cons. 148.num.1.Oria trac.de stat.in rubri.nu. 3. Quæ ratio cum deficientibus agnatis non militet ad exclusionem Matris, Idcirco nec statutum intelligi debet velle ipsā excludere in isto casu. Secundo dato citra veri præiudicium, quòd ipsa sit exclusa. Respondeo regulam positam pro dubitatione procedere, vbi eadem subest ratio exclusionis; Hinc est, quòd mater excluditur a successione filij spurij,& tamen
50 ✠ non excluduntur cognati venientes ex ipsa.Capra cons. 1. num. 13. post Cy. At in statuto diuersa est ratio cognatorum, quibus de Alimentis sicuti Matri,& Auiæ non prouidetur omni casu.
Respondetur tertio, Regulam allegatam in
51 contrarium procedere matre in medio ✠ existente. Cap.cons. 137. nu. 11.& cons. 98. num.12. Gab. Rom. comm. conclu. lib.6.tit.de stat.concl.7.num. 50.Soc.cōs. 28.num.13.lib.4. At cum hic non existat, cessat regula. Quam interpretationem,
Cognatos

Cognatos deficientibus agnatis indifferẽter succedere, eo magis puto recipiendã, cum eam obseruantia receperit, quæ est
52 optima ✠ legum interpres iuxta l. minimè, ff. de ll. Corn. cons. 107. nu. 14. lib. 2.

Ex quibus omnibus, & singulis concludo dictam successionem dictis solis Materteris pertinere; Porinis, ac dictis remotioribus cognatis exclusis; Saluo semper rectius sentientis consilio.

Schenardus.

S V M M A R I V M.

1 Legatum factum Nepoti ex spurio contemplatione filij, est nullum.

2 Coniectura plures traduntur legati contemplatiui filij spurij usq; ad 8. Decl. num. 21. 23. 24.

3 Filius est patri magis dilectus quàm nepos.

7 Merita non cadunt in infante.

9 Venientes ab intestato ex statuto 1 & 2. parificantur filijs

10 Auus non potest relinquere nepoti ex spurio extantibus filijs.

11 Legatum factum nepoti ex spurio proprietatis, & spurio vsusfructus ad alimenta, quo ad proprietatem est nullum, quo autem ad vsumfructum reuocatur per hæredem id, quod excedit alimentorum necessitatem, contra num. 19.

12 Legari potest nepoti ex spurio sobole legitima deficiente.

13 Legari potest filio spurio ad alimenta.

14 Excessus solus legati alimentorum, non totum vitiatur.

15 Donatio ob merita, superuenientia liberorũ reuocatur in solo excessu.

16 Donatio vltra quingentos aureos reuocatur in solo excessu.

17 Donatio ob merita inter personas prohibitas reuocatur in solo excessu.

18 Excessus legati alimentorum spurio facti, cui remaneat, & 19.

20 Legatum factum nepoti ex spurio præsumitur in dubio contemplatione nepotis.

21 In fraudem fieri non dicitur quòd iure conceditur.

22 Pœnam non patitur qui legis authoritate facit.

23 Affectio maior filij, quàm nepotis, non est coniectura quod sit filij contemplatione factum legatum.

24 Commemoratio Patris, vel matris in legato facto nepoti ex spurio, stat solum causa demonstrationis, & non est coniectura cõtemplationis filij.

20. Legatum nepoti infanti ex spurio non præsumitur contemplatiuum filij, eo quòd infantis nulla sint merita.

25 Legatum alimentorum filio spurio habenti vnde se alat an, & quando vitietur.

26 Maritus tenetur vxorem etiam indotatam alere, Decl. num. 27.

28 Aequiparatio venientium ab intestato, & filiorum non extenditur extra casum statuti.

A R G V M E N T V M.

De legato facto nepoti ex spurio, Et de legato facto spurio ad alimenta, an & quando valeant vel vitientur, & quando in toto vel in parte.

C O N S I L I V M XLVIII.

Doce me viam in qua ambulem, quia ad te leuaui animam meam.

TEstator habens fœminam & masculum filios spurios Nepoti ex fœmina tertiam partem suæ hæreditatis legauit, eis autem filiis dictæ tertiæ partis vsumfructum ad alimenta reliquit, Filio scilicet Bessem, Filiæ autem Trientem dicti vsusfructus. Plu-
res Excell. Consultores ad fauorem hære- 8
dis ab intestato pro eius legati irritatione his moti sunt fundamentis.

Primum eorum est, quia legatum Nepoti ex spurio

ſpurio contemplatione ipſius filij factum
1 ✠ nullum eſt Bat. in l. Gallus, §. quid ſi is
num. 3. verſ. ſecundus eſt caſus, quem ibi
ſequitur Caſtr. num. 6. verſ. tres ſunt ca-
ſus. & alij omnes ſequuntur, ff. de lib. &
poſth. Crau. conſ. 698. num. 14. Menoc.
lib. 4. præſum. cap. 96. num. 19. Clar. in §.
teſtamentum quæſt. 32. verſ. ſcias tamen
Craſs. in §. inſtitutio quæſt. 8. num. 2. verſ.
ſecus ſi conſtet in trac. de ſucceſs. Capra
conſ. 2. num. 18. Couar. in epit. de ſponſ.
cap. 8. §. 5. num. 13. verſ. ſecundo ex his,
Dec. conſ. 462. in fi. Port. lib. 1. comm.
concl. 26. Rom. lib. 4. comm. opin. tit. de
hær. inſt. concl. 3. num. 5. At hoc legatũ
huiuſmodi eſſe ex pluribus ſumitur conie
ctura. Ergo &c.

2 Prima eſt coniectura ✠ cum ita Nepoti
reliquerit vt ſpuriis quæratur vſusfructus.
Alex. in d. l. Gallus, §. quid ſi is nu. 8. Clar.
d. verſ. ſcias tamen Menoch. lib. 4. præſ.
cap. 96. num. 34. a contrario ſenſu.

3 Secunda eſt. Nam filij ſunt teſtatori ✠
maiori dilectione coniuncti, Rui. conſ.
120. num. 14. vol. 1. Dec. conſ. 370. in
fi. ex qua dilectione ſumitur coniectura
4 ✠ eſſe patris contemplatione relictum, l.
donat. in concubinam, §. ſpecies ff. de do-
nat. Menoch. lib. 3. præſum. cap. 26. num.
22. & lib. 4. cap. 112. num. 3. & cap. 114.
5 num. 8. & in caſu noſtro ✠ propter affe-
ctionem præſumi contemplatione ſpurij
tradit Bal. in conſ. 406. num. 2. vol. 3.

6 Tertia eſt propter ✠ nomen matris cõ-
memoratum vt tradit Menoc. lib. 3. præſ.
cap. 26. num. 4. & 5. & cap. 27. num. 6.
ac cap. 28. num. 3. Ex quibus locis Excell.
Domini Conſultores ipſo tacito auctore
argumenta ſumpſerunt.

Quarta eſt coniectura, Quia in ipſo Nepote
7 vti infante nõ ✠ poſſunt merita conſidera
ri l. ſi quis in ſuo §. fin. C. de inoff. teſt. A-
lex. conſ. 8. col. 2. verſ. poteſt dici, vol. 3.
Bero. quæſt. 127. Et hac ratione motus te-
nuit Rofredus eius inſtitutionem præſu-
8 mi ✠ contemplatione patris, quem ſecu-
tus eſt Bal. in conſ. 67. lib. 1. Et Lud. ſurd.
trac. de natur. lib. 5. de ſucceſs. ſpur. nu-
mero 9.

Secundum fundamentum eſt tale, Veniẽtes
9 ab inteſtato hodie per ſtatuta ✠ patifican-
tur filiis ſtat. in ciu. cap. 181. Sed ſic eſt,
10 ✠ quòd ſi extant filij Auus non poteſt re
linquere Nepoti ex ſpurio Gab. Rom. lib.
4. com. concl. tit. de hæred. inſti. concl. 3.
num. 1. Couar. de ſponſ. cap. 8. §. 5. num.
13. Clar. d. quæſt. 32. verſ. Item ſcias.
Ergo, &c.

Et ex his non ſolum legatum proprietatis
11 annullari, ſed ✠ ad reuocationem eius,
quod excedit alimentorum neceſſitatem hæ
redem admitti Reſponderunt memorati
Conſulentes per doctr. Bar. in l. fi. §. 1. nu.
2. ff. de his, quæ in fraud. cred. Couar. de
ſponſ. cap. 8. §. 6. num. 12. Craſs. d. §. inſti-
tutio quæſt. 7. num. 18. verſ. & ſi pater.

Contrarium tamen iuris eſſe teſtor, quòd
admodum mihi probare facile eſt nego-
tium: Nam legari poſſe Nepotis ſobole
12 ✠ legitima deficiente ab omnibus rece-
ptum eſt Bar. Alex. Caſtr. & omnes in d.
l. Gallus, §. quid ſi is Dec. conſ. 462. num.
17. & conſ. 25. num. 16. volu. 1. Port. d.
concl. 26. per totam, Pet. Duc. reg. 366. in
2. lim. Iaſ. in l. hæreditas num. 8. C. de his,
qui vt indig. Clar. d. quæſt. 32. verſ. item
ſcias, Craſs. d. §. inſtitutio quæſt. 8. num.
1. Rom. lib. com. concl. tit. de hæred. inſt.
concl. 3. nu. 10. in fin. Menoch lib. 4. præſ.
13 cap. 96. nume. 20. Pariter & filio ✠ ſpu-
rio ad alimẽta nemo eſt qui dubitet. Rom.
lib. 6. com. concl. tit. de alimentis concl.
1. num. 7. Petr. de Benint. deciſ. 22. num.
1. Clar. vbi ſupra. Craſs. d. quæſt. 7. num.
16. Idem Clar. in d. §. teſtamẽtum quæſt.
31. verſ. ſed quid dicendum Gallia in cõ-
ſue. Alex. in verbo ſolidos quæſt. 6. nu. 9.

Et ſi legato alimentorum exceſſus eſt, ille ſo
14 lus, & dumtaxat vitiatur ✠ ſaluo manen
te reſiduo, Couar. in epit. de ſponſ. §. 6.
cap. 8. num. 12. Bal. in l. eam quam num.
41. C. de fideicom. Io. Dil. de arte teſt. tit.
1. caut. 14. num. 13. in fi. Rom. in d. tit. de
alimentis concl. 1. num. 16. Quod confir-
matur ſimili argumento Donationis ob
benemerita, quę ob ſuperuenientiam libe
15 torum vitiatur in ſolo exceſſu ✠ Rom. li.
3. comm. tit. de dona. concl. 2. num. 46.

Et ſimi-

16 Et similiter ✠ si sit vltra quingentos aureos l. sancimus vers. si quid autem C. de don. Rom.d. tit.de don.concl.1.num.57 Sic etiam donatio inter prohibitas perso-
17 nas ob merita vitiatur † in solo excessu. Soarez.in Thesau. recept. sent.lit. D. nu. 202. Osas.decis. 171.num.19. Bru.trac. de cess.par.4.num.3. in fin. Qui quidem excessus remanet alteri, qui ex testamen-
18 to ✠ capere potest, l. si is qui duos, ff. de lib.leg.l.verum, §.si communi seruo, ff. p socio, & l. item si seruus. ff. de stip. seru. Ita in casu legati facti spurio tradit Bal.in d.l. eam quam nu.56. Cotta in suis memorab. in verbo Spuriis in fi. Castr. in d.l. Gallus §.quid si is nu.6. in fi.

Et ne longior fiam, in indiuiduis terminis nostris, quod legatum factum proprietatis Nepoti ex filio spurio.& vsusfructus ad alimenta factum ipsi filio valeant, quodq; licet alimentorum sit excessus legatū neutrum propterea vitietur. Sed quod ille excessus consolidetur proprietati legatæ Nepoti ex filio spurio in fortioribus etiam
19 ✠ terminis decisum est nemine discrepāte in sac.Concilio Neap.Testante Vincētio de Franchis decis. 27. per totam, Cuius verba formalia sequuntur. SACRVM Concilium tenuit hanc institutionem valere respectu proprietatis in beneficium Nepotis, & in beneficium filij spurij respectu vsusfructus concurrenti quantitate alimentorum, & quod residuum vsusfructus accrescat Nepotibus subdens ita decisum fuisse: Quod idem tradit Paleo. trac.de noth. & spur. cap. 53. num. 7. in fi. Et in casu magis dubitabili consuluit Dec, consl.462.nu.20.vsq; in fi.

Ad contraria ex prædictis patet responsio,& primo non obstat primum argumentum, quia, minor est falsa, & in dubio tale lega-
20 tum præsumitur potius ✠ factum nepotis ipsius contemplatione, quàm filij Clar. d.quęst.32.Crass.d.quæst.7.nu.3.Couar. de spons.d.cap.8.§.5.nu.13.post Bart. & omnes in d.l.Gallus,§. quid. si is Menoc. lib.4. præs. cap.96.num.22.Dec.d.consl. 462.nu.18.

Non ob.prima coniectura, Quia procedit in relicto extra causam alimentorum, quo casu dicitur fieri fraus legi, vt in locis allegatis in contrarium.secus autem si in eam causam vt supra probaui,& hæc cæco pateret cōcordia: Non enim dicitur in frau-
21 dem ✠ quod iure conceditur l. si quis locuples, ff.de man.test.l.cum hęreditas in prin, qui. & a qui. Nec debet pęnam pati, qui legis auctoritate facit l.gracchus C.
22 ad l.Iul.de adul. pœna ✠ autem esset annullare legatum. Vant. in trac. de null. proc.tit.1.nu.28.

Non ob.secunda, Quia respondetur contem
23 plationem ex affectione considerari ✠ tāq̄ occasio remota, quę non attenditur, maximè vbi per vnum non acquiritur alteri dispositione legis, Castr.in d.§.quid si is num. 6.in fin.Menoch.in cap.26.lib.3. præs.nu.23.vers. nec obstat, Aliàs sequeretur semper in dubio præsumi legatum factum contemplatione filij, quod falsum supra probaui.

Non ob.tertia, Quia respondetur in his, in quibus legatario quæri potest commemo
24 rationem patris, vel matris stare ✠ causa demonstrationis Bar.in l.si filio fam. la 2. nu.1.in 3. casu, ff.de don.cau.mor.

Nec ob. vltima coniectura, quia eam simul cum Rofredo, & sequen. eum, reprobat Bar.in d.l. Gallus §. quod si is colu.2. vers.& per hoc respon. & in consil.118. num.6.vers.respondeo lib.1.Et cum Bar. communem esse testatur Menoch. lib.4. præs.d.cap. 96.num.22. vers. cum Bart. tamen.

Non ob. si diceretur non potuisse alimenta
25 relinqui filiæ, cum ex dote ✠ haberet vnde se aleret, Rom.lib.6. com concl.tit de alimentis concl.1.num.27. Quia respondetur id obstare ad computationē alimētorum. vt si quid excedit computata tenui dote, id remaneat Nepoti, non vt vitietur legatum, per ea, quæ supra dixi.

Non ob.si diceretur, quod licet dos non fuisset condigna alimentis, tamen nec aliud addi poterat, cum haberet maritum, qui
26 tenetur eam ✠ alere, etiam nulla dote cōstituta. Calcan.consl.58. num.8.9 & 10. Pet.Benint. Decis.22. num. 9. Quia Respondetur

27 spondetur non procedere motiuum, ✠ nisi id maritus facere possit; At hic secus est, ergo Pet. dicta decis. 22. num. 11. vbi sic respondet ad hoc obiectum.

Non ob. secundum fundamentum quod sumitur ex stat. cap. 181. Quia respondetur licet non sit responsione dignum, nō pos-
28 se eam æquiparationem extendi extra ✠ casum statuti ad correctionem præcipuè iuris communis l. præcipimus in fin. C. de appell. Osas. decis. 67. nume. 1. Menoch. cons. 4. num. 8. vol. 1. Bonac. quæst. crim. in verbo correctorium Burs. cons. 65. nu. 13. vol. 1. vbi quòd nec ex identitate rationis fieri potest. Multo ergo minus in hoc casu. qui ratione caret omni.

Non ob. quod hæredes admittantur ad reuocationem excessus, Quia allegata in contrarium non procedunt, cum alicui in testamento fuerit proprietas relicta vt supra demonstraui. Et ita consului.

Schenardus.

SVMMARIVM.

1 *Proclamationi contradicens an prius teneatur de iure suo docere, & 3.*

2 *Citatus si sua interesse prætendit, si comparet erit ipse actor.*

4 *Termini se inuicem recta linea respiciunt.*

5 *Præsumptio transfert in aduersarium onus probandi.*

6 *Termini non dicuntur lapides mobiles, & non habentes guardias in calce.*

7 *Termini diuidentes territoria debent esse magni, aliàs præsumuntur positi ad bona priuatorum terminanda. & 9.*

8 *Territoriorū confines designantur litteris, vel crucibus in saxis magnis impressis.*

10 *Linea a parte acuta terminorum, designatur, non autem anguli attenduntur.*

11 *Quicquid est intra limites territorij per rectum mutuum aspectum, præsumitur de territorio intra existenti.*

12 *In dubio solum de quo disputatur, præsumitur de territorio communitatis propinquioris.*

13 *Termini, vt in recta linea ponatur, vel cordula ducitur, vel Geometrarum iudicium adhibetur.*

ARGVMENTA.

In termino proclamationum quis actoris onus substineat.

De territoriorum confinibus cognoscendis, eorum natura prospectu & effectu.

CONSILIVM XLIX.

Auxilio cuius verbo solo omnia facta sunt.

Controuersia erat interCō munitatem Castioni, & alterā Postalesij, an ista, quæ proclamationibus Castioni contradicebat deberet ante omnia docere de iure ✠ suo prout
1 videtur tenuisse Affl. decis. 2. num. 9. Et in fortiori, quando quis etiam particulariter citatur si sua interesse prætendit, quòd
2 ipse teneatur ✠ prius partes substinere Actoris tradit Cur. iun. cons. 252. num. 28. Ego in prædicta quæstione Affirmatiuè respondi non per prædictas auctoritates,
3 quibus ✠ maiores auctoritates, & rationes obstant, quas latè ponit Borgn. Caual. de cis. 17. per totam Sed quia loco ex officio visitato conspectum est intra earum Territoria terminum a meridie parte extare in dosso nūcupato al Dosello. in quo vtraque conueniebat. Constabat, & de altero a nulla hora in montis loco Gāderium nuncupato. Ex quorum mutuo aspectu
4 ✠ cum præsumptio resultaret rectæ lineę. Calca. cons. 90. num. 8. vers. & per supradicta & nu. 13. Fran. Marcus Delph. deci. 210. num. 4. par. prima Corn. cons. 333. num. 10. vers. & licet vol. 1. Hier. de Monte trac. fin. reg. cap. 18. num. 2. Ceph. cōs. 77. nu. 12. lib. 1. Necesse erat ipsis de Postalesio probare obliquum, quod asserebant.

5 bant. Præſumptio ✠ enim transfert onus
probandi in aduerſarium. Dec.conſ.400.
num 8. Quinimo etiam cum ad probationes accederet Communitas Poſtaleſiſ per
oſtenſionem nonnullorum lapidum, Dixi
nihil ab ea probari, primus enim ſuperior,
& ſecũdus mobilis eſt nullis in calce guar
diis, ſeù exiſtentibus paruulis lapidibus,
6 Qui ideò termini minimè dici poſſunt †
vt habetur apud Pariſ. de Putheo in c. 1.
nu. 20. & 21. de fin. fœud. & in c. quando
fiunt num. 8. eo. tit. Marcum d. numero 4.
Hier. de Monte, d. trac. fin. reg. cap. 17.
num. 3. & cap. 19. nu. 2. Corn. conſ. 333.
num. 10. verſ. nam deſignatur, Maſcard.
trac. prob. concl. 400. num. 3. & omnium
expræſſius dixit Idem Marcus deciſ. 416.
num. 1. part. 2 Menoch. conſ. 21. num. 30.
lib. 1. Tertius autem qui quidem rectus
cum ipſis teſtibus ſtabat paruulus erat,
qui ideo non poteſt pro termino Territo-
7 riorum ✠ haberi vt docuit idem Hier. cap.
18. in fine. Si enim ibi debuiſſent territo-
8 ria diuidi extabat aliud magnum ✠ ſaxũ,
in quo poterant litteræ, vel crux imprimi,
vt ab eodem Hier. traditur d. cap. 18. nu.
9 3. Conſequenter ergo pro priuatis ✠ proprietatibus terminandis appoſitus cenſe-
ri poteſt, vt in ſimili conſiderat Corn. d.
conſ. 333. num. 9. col. 8. verſ. & illa cauata. Qui etiam terminus, ſi pro fine territoriorum concederetur parum, vel nihil
Caſtiglionenſibus noceret cum ſub recta
linea cadat. Nec ob quod à latere ſiniſtro
formetur linea perpendicularis ad ſuptaſcriptos primum, & ſecundum reſpiciens.
Quia reſpondetur contrarium aſpectum
ex altero latere oſtendi cum ex tribus angulis æqualibus conſtet lapis, Et ideò par-
10 tem ante ✠ acutam dumtaxat per directum attendendam dixi, cum Bar. tract.
Tyber. fig. antepon. in fine Calca. d. conſi.
90. num. 11.
Stat ergo ex præmiſſis illæſa probatio lineæ
rectę a termino Doſelli ad finem ſuperiorem ducendæ, intra quã ab oriente quic-
11 quid eſt præſumitur ✠ de Caſtiono, Calc.
d. conſil. 90. num. 10. Pariſ. conſ. 27. num.
33. lib. 1. Corn. conſ. 247. num. 10. lib. 2.
Curtiun. conſ. 157. num. 4. Tantò magis
cum illud, quod eſt intra prædictos limites, & ſuper quo controuertitur propinquius ſit Terræ Caſtioni, Quod, & hac ſola ratione præſumitur in dubio eſſe ſuum
12 ✠ Rui. conſ. 53. num. 4. lib. 4. Fab. de Anna conſ. 59. num. 20. Aliàs ex ſententiis latis inter partes reſulrantes rationes prætereo, quia prædicta ſufficiunt, quoad præſentem articulum ſaltem. Ad Iudicis ergo pertinet officium facere, quòd alij termini ponantur, quibus euidentius linea di-
13 gnoſcatur ✠ Geometrarum iudicio, vt docet Miſing. obſer. cent. 6. cap. 27. vel per
cordulæ ductum. Calca. d. conſ. 90. num.
10. in fine.

Schenardus.

SVMMARIVM.

1 Dos a patre profecta paterna, & profectitia eſt.

2 Dos ex mente diſponentium poteſt paterna dici, etiam poſt aditam patris hæreditatẽ per filium.

3 Vbi ſtatutum contrarium diſponit fruſtra allegatur ius commune.

4 Vxor ſoluto matrimonio fingitur retro fuiſſe domina dotis etiam æſtimata.

5 In nullius bonis eſt quod a nemine occupatur.

6 Lucrari dicitur qui ſibi complacuit, & 7.

8 Res alienata facta recuperatione primas cõditiones, & qualitates reaſſumit, & primũ nomen, & exemplis oſtenditur. & num. 9. & 10.

11 Res ex neceſſitate reſtituta redit ad primã formam, & naturam.

12 Cauſa prima non immediata attenditur, quando immediata ſequitur ex neceſſitate cauſata a cauſa prima.

13 Lucrum aſſumit naturam, & qualitatem eius rei, in qua in oppoſito euentu damnũ contingeret.

14 Accreſcens per alluuionem fit eius natura, cuius eſt res cui accreſcit.

15 Quod doti accreſcit, dos eſt eadem.

16 Quod

16 *Quòd accrescit fundo servienti servitutem eandem habet.*
17 *Pignori accrescens pignus est.*
18 *Quod iure accrescendi accedit, eam sequitur naturam cuius est res, cui accrescit.*
19 *Lucrũ tale est, quale est id ex quo causatur.*
20 *Bona paterna etiam illa quæ sunt filiorum effecta per aditionem intelliguntur ex mẽte statuti.*
21 *Bona paterna propriè sumpta intelliguntur quæ ab eo proficiscuntur, a nemine adhuc hæredicatis aditione acquisita, sed hæreditate adita sunt propria hæredis.*
22 *Pater potest a se dominium in filium irreuocabiliter abdicare.*
23 *A patre haberi dicitur quod eius beneficio venit licet suum numquam fuerit.*
24 *Dos, & donatio à pari procedunt, & dispositum in vno, censetur in altero repetitum.*
25 *Statutum correctorium est strictissimè interpretandum, vt quãtum est possibile minus corrigat ius commune.*

ARGVMENTVM.

Stante statuto, quod in bonis paternis frater consanguineus succedat fratri vel sorori cum vtrinq; coniunctis, an Dos sororis a patre profecta quam morte mariti acquirit dicatur de bonis paternis, & quid de antefacto.

CONSILIVM L.

Diuino auxilio humiliter implorato.

Tria sunt, quæ per fratrem consanguineum, & sorores defunctæ vtrinque coniunctas disputantur. Primùm an dos sororis defunctæ data a patre, & quam restitutam habebat a marito prædefuncto, paterna dicatur, vel ne, in qua verificari possit dispositio statuti nostri cap. 188. præferentis frãtrem consanguineum sororibus vtrinque coniunctis in bonis paternis ibi [saluo nelli beni paterni.] Secundum est quid de antifacto, quod ipsa superuiuendo fuit lucrata. Tertium quid de bonis maternis.
Super quibus pro resolutione dubiorum sp. & eruditiss. D. Plinij Malacridæ requisitus, primùm capio, quòd dico pro affirma
1 tiua explicitè ✠ determinari in lege v. ff.
de iu. dotium, quam inspecta mente, &
dispositione statuti præallegati, ad casum,
quo sit morte patris, & filiæ aditione do-
2 tis constitutio ✠ confirmata extendo cũ
Soc. iun. cons. 20. per totum volu. 1. Menoch. cons. 115. num. 58. lib. 2.
Cuius statuti in bonis distinctione attenta,
3 frustra ✠ cum auth. cessante, & sic itaque
sorores insurgunt in loco statuti, Bal. in l. 1. ad fi. C. de arb. Ias. in l. 2. num. 19. vers. tene contrariam C. si con. ius, vel vtil. pub. Ceph. cons. 51. num. 4. & cons. 59. num. 5. vol. 1.
Non obstat sequens oppositio, quòd attendi debeat immediata causa acquisitionis, quæ mors fuit mariti. Quia ad hoc duplex se offert responsio, prima quod siue dos fuerit in dominium mariti collata, siuè non, non dicitur per mortem mariti eũ
4 acquirere, sed in ✠ antiquiori acquisitio-
ne cõtinuari l. in rebus C. de iu. dot. Quod autem statutum cap. 149. in verbo guadaggni videatur innuere nouam esse acquisitionem. Respondemus id impropriè poni, quod probatur ex coniunctione dispositionis, quæ circa lucrum mariti superuiuentis versatur ibi [parimente.] Cuius id esset consequens, quod constante matrimonio, vel in bonis primi dotantis vel in nullius bonis dos fuisset, in dotantis, hoc est vtile fratri, In nullius hoc est
5 falsum, quia eam ✠ occupant coniuges, s.
ferè vers. quid. n. inst. de re. diu.
Ergo quo ad dotem non dicitur propriè lucrum allegata l. in rebus. Nisi dicamus qđ ideò lucrantur, quia maritis superuiuen
6 do sibi complacent, vt eam † alteri con-
stituant l. pen. iuncta gl. fi. ff. de cond. ob.
7 cau. Lucrum. n. ✠ facere dicitur, qui suæ
voluntat

voluntati satisfecit Tiraq. in pf. trac. de re trac. lign. num. 25.

Secunda est responsio quod & si ea esset per fecta alienatio, tamen quandocumq; dos
8 recuperatur, priorem naturam ✠ qualitatem, & conditionem reassumit l. si marito in fi. ff. de fun. dot. l. si possessor. §. ait Sena
9 tus in fi. de pet. hæred. vbi res redibita ✠ est hæreditaria, Sic res recuperata virtute
10 gratiæ adhuc ✠ retinet nomen patrimoniale Soc. iun. conf. 20. num. 31. volum. 1. Dec. cōſ. 239. in fi. & Boer. decis. 78. Cassan. in consm. burg. Rub. 4. §. penult. num.
11 5. Et est ratio quia est necessaria ✠ restitutio argum. l. si vnus, §. pactus ne peteret vers. quod & in specie ff. de pact. Quod aūt dicitur de immediata causa attendenda procedit in causa sui natura non resolutiua, quæ ad instar postliminij non exti-
12 tisse ✠ fingitur, in qua inspicitur origo, & causa prima Cassane. vbi supra.

Capio secundum dubium, in quo pro ratione decidendi ad eius fratris consanguinei fauorem, illud primo videretur attendendum iuris axioma, quod lucrum, naturā,
13 & qualitatem assumit eius rei ✠ in qua in opposito euentu damnū contingeret tex. est sing. in l. quod in rerum §. si quis post ff. de leg. primo. Hinc est, quod lucrum a-
14 licui p̄ alluuionē contingens ✠ assumit naturam eius rei, quæ in casu contrario diminueretur, l. si fundus de pign. & l. si conuenerit secunda, §. 1. ff. de pign. act. & p̄pterea lucrum efficitur Dos, si res opposi-
15 ta ✠ dotalis est l. 4. ff. de iu. dot. vel lucrū
16 seruiens ✠ si res seruit l. hoc iure §. si aquā ff. de acqua quot. vel pignoratitium lucrū
17 si opposita res ✠ sit talis, allegata l. si fundus, & d. §. primo, sic hac ratione lucrū,
18 quod iure accrescendi nobis contingit ✠ rei oppositæ assumit naturam l. si conuenerit. §. si nuda de pign. act. & d. l. 4. de iu. dot. l. Item §. huic, ff. de vsuf. Et rationi & legi congruum est, vt quemadmodum dos paterna est, sic & lucrum contingens ex dote, paternum sit, vt est textus satis expressus in §. igitur vers. sancitum instit. per quas pers. nob. acqui. Ex dote autem
19 contingit cum sit ex contractu dotali ✠

In quo res paterna dotalis deducitur ad tradita per Bar. in l. titium §. altero nu. 2. vers. si de communi ff. de adm. tutorum.

Quibus stantibus ad argumenta in contrariū deducta per D. Motiuantem sic etiā posset responderi. Ad primum, quòd ideo non sit paternum, quia nullum ei ius spectat in proprietate l. 1. C. de bo. quę lib. Respondetur inquam, quod determinatio
20 paterni, & non paterni in materia ✠ statuti nostri non regulatur a ratione proprietatis vel dominij, sed solum a ratione quòd patris beneficio contigerit, vt super simili statuto enarrat Thesau. decis. 63. num. 4. & 5. Plottus cons. 32. num. 11. & sequentibus Becc. cons. 74. nu. 26. & seq. patet expræssè in verbis quibus vtitur statutum dum vocat paterna iam adita post mortem patris, quæ mors dominium, &
21 omnia soluit, maximè iuncta ✠ aditione, vt amplius talia nequeunt propriè dici l. sed si plures §. filio ff. de vulg. vbi Doc. præcipuè Ias. Cassa. cons. 36. numero 96. Quinimo, & eo viuente potest pater dominium a se abdicando, illud in filium ir-
22 reuocabiliter ✠ transferre Cach. decis. 125. nec sequeretur consequentia, quod non si: propterea res paterna. Et sic prima eliditur contraria ratio. Quinimò et
23 dicitur haberi a patre ✠ quòd nunquam eius fuerit, si modo eius beneficio nobis accedat l. sed si plures, §. in arrogato in fi. ff. de vulg. & l. 5. in prin. ibi de bonis, vel facto eius ff. de iu. dot.

Secundo principaliter accedit regula, quod disposita in dote censentur in donatione
24 propter ✠ nuptias, seu antifacto repetita vt latè docet Bec. cons. 43. num. 16. At de dote nulli est dubium pro fratre consanguineo tantum dispositionem esse fauorabilem cum illa sit res paterna, Ergo & de antifacto idem dicendum est. Pro resolutione tamen cum de statuto corrigente auth. cessante, C. de legit. hær. agamus, in
25 quo facienda est stricta interpretatio ✠ l. quicquid astringendæ de verb. obl. l. secunda C. de noxa. Cur. senior cons. 59. num. 21. Fateor mihi de præsenti articulo pro nunc non liquere.

Ad

Ad tertium dubium, quod in bonis maternis versatur, fateor quidem in eis poriora esse iura sororum, Nisi eas excludat finis, quam eas fecisse mihi relatum est; Super qua, tamquàm lege non perspecta, iudicare mihi incongruum existimo.

Schenardus.

SVMMARIVM.

1 Matrimonium clandestinum de iure canonico valet.
2 Consensus solus facit matrimonium iure canonico, & ciuili.
3 Verba de præsenti quæ non valent in vim matrimonij an saltem valeant in vim spōsaliorum de futuro, & 12.
4 Sponsus de futuro an cogi possit ad matrimonium contrahendum & 14.
5 Ecclesiastico, & ciuili iure tantum regimur cessante municipali.
6 Matrimonium clandestinum nullum est iure ecclesiastico nouissimo.
7 Antistites Ecclesiastici soli tam in concilijs quàm canonum statutis loquuntur.
8 Ecclesiastica nouissima sola dispositio attendi debet.
9 Matrimonium filijfam. sine consensu patris ius ciuile irritat.
10 Patris consensum requirendum arguit Author ex sacris litteris.
11 Consensus momentaneus in matrimonio nō attenditur.
13 In actibus humanis voluntas, & potestas ad validitatem requiritur.
15 Ex causa abstinendum a coactione sponsorum de futuro.
16 Disparitas est vna causa abstinendi.
17 Voluntas patris est causa altera abstinendi.
18 Ex seuera coactione odium Capitale inter parentes insurgit.
19 Nuptiæ coactæ solent malos habere exitus.

ARGVMENTVM.

De Matrimonio clandestino secundum ius ecclesiasticum, & ciuile.

De patris consensu in matrimonio filij requisito secundum ius ciuile.

Quando sit a coactione abstinendū matrimonii contrahendi in sponsis de futuro.

CONSILIVM. LI.

Initium sapientiæ est timor Domini.

SVper occurrenti controuersia orta ex verbis inter istos minores de præsenti, vt asseritur, prolatis de tribus quæritur. Primò an sit matrimonium. Secundò an saltem sponsalia de futuro. Tertiò an vbi sint sponsalia Masculus possit patre inuito cogi ad matrimonium contrahendum.

Super quarum quæstionum singula videtur contra Masculum respondendum esse. Et super prima ex iure Ecclesiastico occurrit tex. expræssus in c. nec illud §. sed obiicitur & c. seq. §. his ita 30. q. 5. c. 1. & 2. vbi no. Panor. & can. extra de cland. desp. quibus locis traditur matrimoniū quāquàm
1 clandestinum valere. Couar. in Epit. de spons. par. 2. cap. 6. nu. 7. Hier. Schortf. inter cons. matr. Thom. 2. cons. 24. Gratt. inter eadem cons. matrim. Tho. primo cons. 75. num. 1.
2 Solus enim consensus citra omnem solēnitatem secundum vtrumq; ius in matrimonio contrahendo videtur sufficere, vt locis prædictis probatur, & tex. in c. tuę. vbi Inn. Io. Andr. & Canonistæ de spons. c. sufficiat. 27. q. 2. l. nuptias, ff. de reg. iur. vbi Cagn. num. 5.
3 Super secunda quæstione, vbi matrimonij vim non possint verba illa de præsenti sortiri, saltem spōsaliorum de futuro vim habere arguitur ex tex. in c. tuæ extra de dispen. impub. Surdus cons. 364. num. 22. li. 3.
4 Pariter sponsalibus ipsis præsuppositis cogi

cogi posse videtur probare tex. in c. de his el primo extra de dispen. impub. Borgn. Caual. in Indice decis. in verbo matrimonium, siue Surdus cons. 364. nu. 8. li. 3.

Quibus non obstantibus contrarium in qualibet censeo de iure statuendum. In prima enim, siue solum ecclesiasticum ius in tueamur, siue solum ciuile, quibus regimur dumtaxat c. 1. dist. 3. Illud ex vitio

6 clandestinitatis matrimonium irritat, vt ex Concilij dispositione nobis nota tradit Menoch. cons. 69. nu. 71. lib. 1.

Ecclesiastici. n. Antistites ipsi sunt, qui tam in Concilio, quàm in Canonum statutis lo-

7 quuntur, vt in proe. Decret. colligitur, &c. regula dist. 3.

8 Quorum nouissima attendi non correcta dispositio debet gl. in c. primo in verbo reuocare extra de const. in 6.

Et absurda, ridiculaq; prorsus est eorum intentio, qui ex Ecclesiastico iure antiquũ quod solum eis fauorabile est sequuntur & nouum de eodem subiecto recusant.

9 Ciuile verò ius (quod fateor in hoc non esse attendendum) ex paterni consensus deffectu matrimonium reddit inualidum, vt est tex. in l. siue proponis, & l. in coniunctione C. de nupt. & l. paulus ff. de statu hominum Paris. cons. 29. num. 1. lib. 4. Siuè foeminæ sint de quibus agitur in locis prædictis, siuè masculi l. 2. & l. nuptiæ la 2. & l. filius fam. ff. de ritu nup. §. 1. instit. de nuptiis Fran. Hottom. quæst. illus. cap. 9.

10 Nec dicere prætereo, quod idem ex sacris litteris probabiliter demõstratur Exodi cap. 22. ad fi. & prima Corinth. 7. Sup quo refert mihi Henricus de Henriquez Societatis IESV in summa Theol. mor. tit. de matrim. cap. 6. in add. ad l. d. eamdẽ conclusionem pro matrimonio irrito sine patre tenere Cass. Glor. mon. catal. 12. consid. 33. & 36. Oldend. Classe 4. act. 26 Coras. miscell. cap. 17. Forcat. in cupid. iuris cap. 11. num. 1. Duaren, tit. sol. matri. cap. 2. Constan. lib. 1. quæst. iuris c. 1. Catharin. opusc. de clandestin. qui citat canonum Græcorum Concilium Aquisgrànen. Hugo. lib. 2. sacram. p. 11. ca. 6. Euarist. c. aliter 30. q. 5. Quam tamen conclusionem iudicio S. Ecclesiæ infallibili subiicio.

Vnde ex quoquo iure puella veniat, eodem repellitur, vt ex prædictis manifestum est nisi ex vno aliquid fauorabile colligens, & ex altero præiudicialia reiciens vtriusque intentionem componat. Quinimò hoc alio respectu secundum vtrumque ius verba ipsa etiam in personis quæ sui iuris essent, non obstant cum in eo consensu non perseuerauerit puer. Matrimonium enim etiam clandestinum non perficit consensus momentaneus nisi perseueret. Osasc. cons. 53. num. 6. Bal. cons. 395. incip. in causa, & cons. præced. incip. incipiam a ra

11 dice col. 2. lib. 2. Nic. Rucker. inter cons. matri. cons. 34. lib. 2. num. 21. Solo inquã canonico iure inspecto, cum neq; continuatus iure nouissimo Concilij matrimonium clandestinum efficaciter perficiat.

Cum autem ex prædictis Ecclesiastico, & Ciuili iure inspecto matrimonium non sit, & quòd Minores prædicti egerunt non possit in vim matrimonij valere, sequitur vt

12 nec sponsalia (secundam quæstionem absoluens) de futuro dici possint Menoch. cons. 368. num. 9. lib. 4. Borgn. Caual. in indice verbo matrimonium fine.

13 Facit regula iuris, quod potui nolui, qd volui facere nequiui l. multum interest. C. si quis sibi, vel alteri. Et quod tradit Tiraq. trac. l. con. gl. 4. nu. 12. contractum a l. irritum nec naturalem obligationem producere Bar. in l. cũ lex, ff. de fideiuss. nu. 4.

Quæ quidem asserta verba, quamquã de pñti, & si, quod inficior, sponsalia saperẽt de futuro, Tñ, vt ad tertiam quæstionem descendam, per ea vti non iurata cogi nõ

14 posse clara se offert dispositio c. requisiuit de spons. vbi ẽt stante iuramento nõ posse compelli traditur, Quòd multò magis in non iuratis esse recipiendum scribit Panc. ibi in fi. primæ col. & in c. gẽma, in 3. not. ex eo. Siluest. in summa in verbo sponsalia referens Diuum Thomam declarantẽ cessante iuramento non esse locum coactioni in foro contentioso, Et cum eo communem esse Doc. opinionem sic consulens tradit Gab. Rom, cons. 186. nu. 9. lib.

N 2. Triuis.

2. Triuif.decif.9.in fi. lib.1.

In quo articulo, & si procederet aliquorum opinio volentium coactioni locum esse, tñ vtriusq; classis consensu certi iuris est,
15 ex cã esse a coactione abstinendum, vt in d.c. requisiuit notat Butr. nu. 4. Abb. nu. 4. & alij, Idem Rom.d.conf.186.num.8. Quæ causa etiam leuissima sufficere ait gl. in c.raptor 27.q.2.Rom.d. cõs.186.nu.6
16 Causarum autem prima est cõtrahentiũ maxima disparitas, cum puer sit vnigenitus patris Doctoris, & diuitis, puella autẽ paupera ex patre plebeo ad tradita per eundem Ro. vbi supra nu.8.
17 Altera est patris immutabilis voluntas, quæ causam esse p ræcipuam, vt a coactione in sponsalibus ẽt iuratis abstineatur tradit Abb.in d. cap.requisiuit in prin. ꝓ quo est tex. in c fin.32. q.2.ibi nec extra voluntatem parentum, vel suam maritos ducere cogantur. Cum.n.inter parentes ex hu-
18 iusmodi coactione seuera, odium capitale insurgat, vt tradit Bal. in l. omnem nu. 12.C.ad Tert.Fel.cõs.26.nu.21.Menoc. conf.69.nu.44. & seq.lib.1. Matt. Laud. conf.31.nu.25.& traditur loco tertio recep.sententiar. 1.cap.10.in princ.Meritò, vt dixi vrgens hæc causa dissolutionis spõsaliorum est Menoch.d.conf.69. num.45 & 52. Rom.d.conf. 186. num.8. Nuptiæ
19 enim inuitæ solent malos habere exitus, Cach. conf. 53.num.20. Neuiz. in Sylua nupt.lib.1.nu.153.vers. & quòd nuptiæ, & lib.2.nu.114.

Non obstant modo contraria; Et primo ad id quod solo consensu matrimonium cõtrahatur supra elicitur responsio id procedere cæteris accedentibus habilibus præsuppositis nempe quę ex iure ecclesiastico, & ciuili singulariter referendo supra probauimus requiri.

Non obstant allegata in 2.quæstione, quia loquuntur in diuerso casu, quo propter ætatẽ verba de præsenti in futurũ resoluũtur.

Non obstant dicta in tertia quæst. quòd cogi possit, quia ex supra allegatis patet de contraria communi, Imo ab omnibus accepta cum causa saltem accedit.

Quibus stantibus concludo contra puellam esse pactum absoluendo iudicandum, si sic Ecclesiæ etiam rationabile visum fuerit.

Schenardus.

SVMMARIVM.

1 *Immunitas non soluendi annuam exactionem quanto tempore præscribatur.*

2 *Exemptus præsumitur qui longissimo tempore non soluit.*

3 *In præscriptione exemptionis, seu immunitatis, non requiritur quòd interpellatio, & recusatio præcesserit, & quòd titulus, & bona fides probetur.*

4 *Præscriptio tunc magis currit quando exigendi extat occasio.*

5 *Præscriptionem opponens non tenetur probare, quòd non soluerit, sed solum tempus decursum sufficit allegare.*

6 *Solutiones, quæ in libris publicis in quibus solent registrari non leguntur, factæ non præsumuntur.*

7 *Qui præscriptione libertatem non soluendi acquisiuit, licet aliquibus annis iterum soluat, sibi tamen non præiudicat in futurum.*

8 *Ex particularibus solutionibus post præscriptam libertatem non soluendi, minus præiudicatur vniuersitati cum qua non præcessit collegialis tractatus.*

9 *Vniuersitas restituitur in integrum aduersus solutiones per Sindicos, & Consules factas post completam præscriptionem immunitatis.*

10 *In dubio Iudicandum est ad exclusionem annuæ exactionis.*

ARGVMENTVM.

De præscriptione non soluendi annuam exactionem, seu de pręscriptione immunitatis, & exemptionis.

CON-

CONSILIVM LII.

CASVS.

ERogauerat Decanus Sondrij, prout, & anuatim perpetuò pcessores facere cō sueuerant, notabilē summā p ipsa cōmunitate, cuius partem vniuersitati Malenci spectantem Decanus cum vsuris, seu interesse petebat, asserens sic etiam quatuor exegisse Praecessores, a quibus dicta vniuersitas ex immemorabili (ipsis quatuor exceptis) non soluendi interesse possessio ne, se defendebat, Quaeritur quid iuris.

Deus in adiutorium meum intende.

QVri congruit quòd Vniuersitas ista Malenci a petitione istius interesse absoluatur, cùm in possessione non soluēdi steterit per annos 30. 40. 100. & quorum memoria non extat in contrarium: Nulli.n.dubium est, immunitatem non soluendi tanto tempore, quo non soluerit praescriptione acquiri, imò minori tempore. Surdus cons.234.nu.14.& cons.262. per totum lib.2.Crau.cons.111.nu.12.& 25. Bart. in l.licitatio, §.earum, ff.de publi. & Vect. Alex.cons.16.nu.27.vers.tertio consideratur vol.5.Balb.trac.de p̄sc.par.2.quintę princ.q.5.Couar. in regula possessor §.2. nu.8.de reg.iur. in 6.Menoc.cons.21.nu. 19.lib.1.Corn.cons.142.nu.11.vol.3.& cons.199.col.2.vers.his tn̄ vol.1.& cons. 22.nu.23.vers.similiter vol.3.& cons.43 col.2.vers.& qui stetit vol.2.& cons.268 num.21.vol.4.Bal.cons.112.col.fin.in 4. puncto lib.2.& cons.237.eo. volu. Castr. cons.363. num.3.vers.vlt. videtur lib. 1. Rom.cons.252.in 4.dubio. Iason cō.25. col.2.vol.3.& cōs.101.col. fi.lib.4. Paris. cons.25.nu.28.lib.1. Imo Ang. & Castr. in d.§.earum.Curt. iun.cons.42. nu. 6. & cons.177. col.4.in fine, Ceph. cons.129. nu.1.& 5.Barb.inter cons.Alex. cons.vlt. nu.13.vol.4.Cassa.sup consue.Burg.Rub. 6.§.4.vers.entre gens, nobles nu.15.Alba cōs.115.nu.5.li.1.Natta cōs.431.nu.13. vers.sed quid & cons.446.num. 13. Fab. de Anna cons.59.nume.57. quibus adde Abb.cons.94. num. 2. lib. 1. dicentem, q qui longissimo tempore non soluit pręsumitur exemptus, Gram.decis. 100 num. 25. maximè allegatis conuentionibus inter Vallem, & communitatis residuū, licet non probentur, Rol. a Valle cons. 5. nu.58.&61.lib.1.Purp.cons.412.nu.16. & cons.489.nu.12.& cons. 580. nu. 19. Natta cōs.406.nu.19.vsq; ad fi.& d. cōs. 431.nu.27.Ceph.d.cōs.129.nu 10. in fi. Fab.de Anna d.cons.59.nu.67. & 68.Idē Natta cons.486.nu.2. Surd. d.cons.234. nu.35.vers.itē fuit & ante, qui hoc firmāt ēt q non prebetur praecedens interpellatio, recusatio, titulus, & bona fides contra opinionem Alex.cons.136.lib.2.eoq; ma gis cum singulis annis p̄opta fuisset occa sio exigendi, idem Fab.cons.60.num.11. & 13.Natta d.cons.431.nu.13.& consil. 446.nu.15.Corn.d.cons.199.col.2. vers. his tn̄.

In cuius quidem non soluendi pręscriptionis probatione, negatiua illam non soluisse non esse probandam, sed solum tempus decursum allegari sufficere tradit Corn. d. cons. 142. col. pen. vers. accedat etiam nu.11.vol.3.cōs.268.col.7.vers.accedat, etiam sub num.21.lib.4.Castr.cons.293. col.2.in 4.dubio, & cons.298.col.fin. lib. 2. Bal.cons.315.col.1.lib.3. Crau.d.cōs. 111.nu.11.Natta d.cons. 446. nu. 14. & Menoch.cons.75.nu.1.

Quòd quidem cum ab ista vniuersitate veniret ēt probandum, iam probatum esset,
6 cum ex fide Notarij sui constet in libris Vallis non reperiri scriptum. Idem Fab.d. cons. 59.nu.56. Alba cons.290.nu.4.cum ibi allegatis, Corn.cons.268.nu.21.lib.4. Surdus cons.234.nu.35.

Cui quidē p̄scripto iuri non obstāt quatuor recentes solutiones. Quia respondetur primo ex illis non inferri p̄iuditium quo ad
7 futuras rex.in l.2.vbi gl.in verbo labefacta tur, & Bar.ff.de priu. vetera, l.voluntariè, vbi glo. C. de excus. tut. l. 3. C. de his

qui sponte lib. 10. Alex. cons. 33. sub. nu. 2. & 3. lib. 5. iunctis aliis pluribus auctoritatibus, quas omnes ad hoc allegat Alex. Raud. cons. 54. nu. 38. lib. 1. Quibus multitudinem aliam adde citatam ab Achil. Pedrocha cons. 37. nu. 74. vsq; ad 79. Et Surdo cons. 262. num. 79. & 80. Respondetur secundo multo minus ex ipsis solutionibus quoad futuras præiuditium inser
8 ri huic vniuersitati, cum qua non præcessit tractatus collegialis. Alex. Raud. d. cōs. 54. num. 37. Auctoritate Fel. in c. cum accessissent col. 13. vers. & per hoc sub num. 30. & in c. cum omnes nu. 24. de consti. Dec. in d. c. cum accessissent col. pen. in prin. vers. secundo prędicta, & col. fin. sub num. 18. vers. & pari ratione, Andr. Gheil obseru. lib. 2. cap. 60. num. 14. Ceph. cons. 58. num. 93.

Respondetur tertio quatenus inde aliquod illatum præiuditium dictæ vniuersitati dici possit, ipsam esse in integrū restituendam, vt in specie ista indiuidua, pro vniuersitate cuius iuri immunitatis Agentes sui videbantur aliquibus solutionibus piu
9 dicasse respondit idem Alex. Raud. dict. cons. 54. num. 40. per doctrinam Sforzæ Oddo. trac. de rest. in integrum par. 2. quæst. 52. art. 1. nu. 22. Alciat. in cōs. 167. num. 3. Rol. à Valle cons. 68. nu. 20. lib. 3. Menoch. cons. 447. sub. nu. 34. vers. respōdetur lib. 5. Matfil. sing. pen. cum aliis innumeris, quos congerit idem Raud. d. cons. 54. num. 62.

Ex quibus Iudicis conscientiam puto fauore istius Vallis Malenci certam reddidisse, Quæ conscientia, & si adhuc esset dubia, debet nihilominus in dubio ad exclusionē istius annuæ collectæ iudicare, Crau. cons. 111. nu. 26. & cons. 231. in fi. Corn. cons. 199. col. 4. nu. 5. vol. 1. Fab. de Anna dict. cons. 59. nu. 83. Surdus cons. 234. nu. 20. lib. 2. Maxime cum sic obuietur fraudi vsu rariæ prauitatis, cui sic facilis præstaretur occasio.

Schenardus.

S V M M A R I V M.

1 *Concessio in emphiteusim pluribus facta, intelligitur per virili. Decl. num. 10.*

2 *Fallit quando aliunde potest solida obligatio iuris interpratatione colligi.*

3 *Stipulatio pro se, & absente residet tota penes stipulantem donec absens acceptat.*

4 *Solutio Canonis est indiuidua, quādo emphiteusis tota vnius est emphiteota vel fuit.*

5 *Dictio, item, est eiusdem qualitatis in altero repititiua.*

6 *Emphiteusis pars alteri quæsita intelligitur cum qualitatibus primi.*

7 *Vna determinatio plura respiciens censetur ea æqualiter determinare.*

8 *Partem emphiteusis acquirens insolidum obligatur cum primo.*

9 *Qui in emphiteusi comprahenditur per ratihabitionē, insolidum coniungitur, & 10.*

11 *In generali dispositione continetur id sine quo dispositio nequit absolui.*

12 *Qui vult consequens censetur velle omne necessarium antecedens.*

13 *Eadem obligatio non debet diuerso iure censeri, & 18.*

14 *Ius francandi competit insolidum nec potest diuidi.*

15 *Ab emphiteusi pro virili quæsita, vnus nō cadit propter cessationem alterius.*

16 *Emphiteusis si caducitate resoluitur, etiam pactum francandi corruit.*

17 *Emphiteusis, & pactum francandi sunt actus correspectiui, qui pro vno habentur.*

19 *Contractus pars vna declarat alteram.*

20 *Finalis qualitas, & conditio etiam ad præcedentia refertur.*

21 *Pactum francandi, in dubio censetur insolidum dumtaxat concedi.*

22 *Verba contractus non censentur stare sine virtute operandi.*

23 *Contractus declaratur talis, qualis obseruātia secuta est.*

A R G V M E N T V M.

De pluribus habentibus emphiteusim, quando censeantur insolidum obligati, & de iure francandi an possit diuidi.

CON-

CONSILIVM LIII.

Actiones nostras quæsumus Domine aspirando præueni.

Licet communiter, sit pro regula traditum concessionem, in emphiteu sim pluribus factam intelligi pro vi
1 rilibus, iuxta doctrinam Bar. in l. fraudati in fine, ff. de publ. quem sequitur Ias. in l. 2 nu. 57. vers. 2. limitat. C. de iure emph. referens Alb. 161. in 9. col. & in col. 5. num. 15. Ripa in l. 4. §. Cato nu. 44. vers. primo casu ff. de verb. obl. Rom. in d. l. fraudati in fine, Dec. cons. 58. in fine Mago. decis. 8. Luc. nu. 7. Tamen ab ea regula receditur cum solida obligatio ex occurrenti themate potest aliqua iuris interpretatione colli
2 gi, teste Ronchegallo in l. eandem in prin. nu. 130. ff. de duo. reis, cuius non de solis verbis insolidum, cuilibet distributiuis, sed de alijs quibuscũq; equipollentibus sensus est explicitus, ibi idem est dicendum, & supra ibi vel additis &c.

In proposita aũt quæstione ex copulata persona fratris absentis, eoq; magis per dictionem item præcedentium qualitatũ repetitiuam, rectè correorum constitutionẽ puto ab Illustrissimo Menochio Præceptore meo consulente interp̃tatam, ꝑ cuius interpretationis defensione sic sequor.

Priusquã frater absens ratificatione effectualiter in emphiteusi coniungeretur, tota in solo stipulãte residebat, eaq; ratificatione
3 nũq̃ secuta, semper penes eũ integra ✝ stetisset, l. si absentis, C. si cert. pet. Alex. cõs. 22. col. 1. vers. aut cõsideramus, & cõs. 24.
4 nu. 6. & 7. vol. 5. Consequẽter in eo ✝ fuisset, & stetisset qualitas, & onus indiuiduæ solutionis, & caducitatis; Fab. de Anna cons. 16. nu. 7. & cons. 83. nu. 20. post gl. in l. communi diuidundo iudicium in verbo confundetur, ff. comm. diuid. Aur. Cordu. in trac. de cau. ex qui emph. priu. causa vltima amplia: 5. nu. 1. Ergo inficiari non põt quin eadem indiuidua vnitatis qualitas censeatur vi dictionis ipsius respectiuè
5 in altero subintellecta ✝ ex allegatis per Ill. D. Menoch. & tex. in l. in repetendis de leg. 3. Alba cons. 374. nu. 16. Decia. cons. 34. num. 19. vol. 3. Grat. cons. 114. nu. 14 & cons. 117. nu. 19. Et in terminis qđ inter istos ẽt dictionis ipsius vi cessante, cũ
6 eisdem qualitatibus de vno in alterum ✝ fiat transitus probat tex. in l. fundum, secundum intellectum Bar. ibi num. 2. ff. de act. emph. Alex. cons. 24. nu. 6. vol. 5.

Confirmatur hac ratione, nam si altero cessãte, rati habitionis defectu, indiuiduitas in primo contrahitur vt supra probaui, debet eadem in altero censeri determinata, ne duo determinabilia inequaliter ab eadem determinatione respiciantur contra regu-
7 lam ✝ l. iam hoc iure vbi Doc. ff. de vulg. Confert etiam magis in specie quod consuluit Fab. de Anna cons. 16. vbi nu. 4. cõclu-
8 dit quòd si ex tota vnius ✝ emphiteusi aliquis partem legitimè consequatur, debet censeri iste insolidum obligatus, cui pars dumtaxat est legitimè quæsita.

Ergo hoc quoque in nostro casu, quo totius emphiteusis in vno consistentis pars alteri ratificatione quæritur, idem dicendũ est, vt eadẽ in vno consistens insolidum obligatio, in altero fratre continuetur, quam
9 ipsa rati habitione ✝ tenetur agnoscere ex traditis per Cordu. d. trac. de cau. priu. emph. causa vlt. ampl. 7. num. 2.

Vnde elicitur contrariam conclusionem supra ꝑ regula traditã tuuc, cum in ipso contractu, nulla expectata rati habitione portio alicui immediatè quæritur, habere locum, non quando illius cui stipulatum est
10 expectatur acceptatio, In quo ✝ casu puto ex prædictis, sic rectè teneri per Federi. de Senis cõns. 228. factum tale est, in primo sub numero 2. Aquil. in l. 2. §. item si in facto par. 2. nu. 122. ff. de verb. obl.

Quod etiam secundo loco obligatio insolidũ ab Illustriss. Menochio congruè deducatur a pacto stancandi insolidũ exp̃sso probatur, qm̃ in quacunq; dispositione id censetur conuentũ sine quo principalis dispo-
11 sitio ✝ non põt absolui vt in l. 2. ff. de iur. om. iud. Quemadmodum, & qui vult
12 cõsequens ✝ censetur velle omne necessariũ antecedẽs l. ad rẽ mobilẽ. & l. legatũ de procur.

procur. l. illud, ff. de acq. hær. Iaſ. in §. item. ſeruiana ſub num. 59. inſtit. de act. Dec. Alex. & alij in Rub. C. qui admitti. At nõ aliter franchiri poteſt inſolidum quàm fictis, ſi quæ reſtant, prius inſolidum præſtitis, ergo debent inſolidum præſtari, quẽ admodum, & capitale cuius naturam ſequitur acceſſorium; & ideo cenſetur in eo pacto actum vt penſio quoq; ſicut capitale inſolidum ſoluatur.

Nec minor propoſitio ad ea ſola ficta tẽpore francationis reſtantia reſtringi debet,
13 ne vna ſoluendi obligatio diuerſo ✠ iure cenſeatur l. cum qui ædes, ff. de vſuc. vbi Bar. Mago. dec. flor. 94. nu. 7.

Confirmatur hæc ſecunda deductio quõ ſi ꝓcederet motiuum, ſequeretur, q ex vnius ceſſatione per triennium, vel alienatione, ius francandi vel totum perimeretur, vel nullum, (quod. n. inſolidum competit
14 non ſcinditur ✠ in partes Caſtr. qui in terminis francandi loquitur conſ. 221. ad fi. lib. 1.) at vtrumq; eſt falſum; Primum
15 quia conſorti in parte ſua ✠ non fieret ꝑiu ditium vt latè tradit Cordu. d. cau. vltima lim. 36. Secundum quia cum caducitate
16 ceſſantis tollitur ✠ vt diſtinguendo tuet' Cord. vbi ſupra lim. 38. nu. 6. vbi de communi, ergo cenſenda eſt etiam emphiteuſis in ſolidum conceſſa, vt iſta euitetur ab ſurditas, & repugnantia.

Conſequentia probatur, qm̃ emphiteuſis, &
17 pactum ſunt actus correſpectiui qui ✠ ꝓ vno habentur, Crau. conſ. 298. num. 13. Beci. conſ. 92. num. 6. Surdus conſ. 355. nu. 31. lib. 3. Natta conſ. 115. nu. 2. Ergo toti cõtractui debet interpræetari adiecta dictio inſolidum, ne quòd eſt vnum, diuerſo cenſeatur iure d. l. cum qui ædes, & ſu-
18 pra alleg. & ne diuiſionem ✠ vnitas recipiat. Panſ. cõſ. 61. nu. 22. lib. 1. Sicq; iuxta
19 ✠ eões regulas vna pars alterã declarabit eiuſdem contractus, iuxta l. ſi ſeruus pluriũ, §. fi. ff. de leg. primo vbi Caſt. Bal. Iaſ. & alij Pancir. conſ. 103. num. 10. Etiam q pars declaranda præcedat, nam ad ꝑced.
20 quoq; finalis qualitas, & conditio ✠ refertur. Cam. Bor. conſ. 47. nu. 72. poſt Caprã conſ. 60. num. 10.

Multo magis ꝑdicta ꝑcedunt in caſu præſentis contractus, in quo ſtarẽt ſine virtute operandi in ſolo pacto francãdi, q ipſo iu-
21 re inſolidũ ✠ cõpetebat. Cagn. in l. 1. nu. 103. C. de pac. inter emp. & vend. Caſtr. conſ. 221. ad fi. lib. 1. Ceph. conſ. 511. nu. 32. Mago. dec. 28. Flor. nu. 2. vbi de magis cõi, Rota Lucen. Camillo Lepido relatore dec. 60. ad fi. Ergo debet verbum inſolidũ cenſeri appoſitum ad totum contra-
22 ctũ qualificãdum ✠ ne ſtet ſine virtute operãdi, iuxta doctrinã Iaſonis in l. 1. nu. 9. verſ. facit q, dicit, ff. ſi quis in ius voc. Bal. in rub. C. de contr. emp. quæſt. 9. Dec. cõſ. 292. nu. 2. & 3. & cõſ. 414. nu. 2. Cur. iun. conſ. 85. nu. 4. Becc. conſ. 88. nume. 46. & conſ. 108. nu. 32.

Deduco ꝑterea ex tertio, quarto, & vlti. fundamento Menochij obſeruãtiã, ſic hactenus ex ſolutione, & recognitione continua
23 tã, ex qua congruè inſolidæ cõceſſionis ✠ colligitur interpretatio Crau. conſ. 101. nu. 3. & in fi. & cõſ. 201. nu. 11. Pãcir. cõſ. 122. nu. 22. Bec. vbi latè conſ. 101. nu. 49.

Et cũ ex ꝑdictis ad cætera contraria colligat' reſponſio, nimis me ẽt properare faciat & Nuntij expectantis importunitas, & negotiorum multitudo, his dũmtaxat pertranſeo, cætera excellentia iudicis ſupplenda relinquens.

Schenardus.

SVMMARIVM.

1 *Excluſa a ſucceſſione cenſetur ẽt a legitima.*
2 *Quòd in exceptione non exprimitur, debet ſub regula manere.*
3 *Ius commune vocat etiam deſcendentes ex filia ſexus, ſublata differentia.*
4 *Interpretatio euitatur, qua magis a iure communi recedimus.*
5 *Statutum excludens fœminam dotatam a cuius ſucceſſione intelligatur excluſa, & 26.*
6 *Neptis non poteſt plus habere, quàm mater ſi viueret, Decl. nu. 27.*
7 *Filia fine excluſa, non ſuccedit.*
8 *Finis facta a matre præmortua Auo, neceſ. filys, Contra nu. 11. & 29. & 33.*
9 *Nepotibus ex filia debetur legitima.*

10 *Neptis*

10 *Neptis venit iure proprio, licet in materno gradu repræsentata, ad successionem Aui.*
11 *Neptis ex filia venit appellatione descendentium.*
13 *Dictio, vt supra quid significet.*
14 *Inter fœminas ex linea masculina, & fœminina, non est ratio diuersitatis.*
15 *Descendentes ex fœmina non dicuntur in linea masculina.*
16 *Idem iudicium est principij, quod est finis*
17 *Succedens dicitur de linea illius quem repræsentat.*
18 *Nepos ex primogenito, excludit patruum natu maiorem ex iure primogenituræ.*
19 *Repræsentatio procedit etiam in statutarijs successionibus.*
20 *Repræsentatio habet locum, tàm fœminis, quàm in masculis.*
21 *Quod profertur cum adiuncto non est propriè tale.*
22 *Correlatiuorum idem est iudicium.*
23 *Mentem statuti potius quàm verba sequimur.*
24 *Statutum quamquàm durum seruandū est.*
25 *Fœmina potest habere plures dotes.*
28 *Regula l. si viua matre C. de bo. mat. non habet locum quando neptis venit ex persona propria non matris.*
30 *Filia per decennium seorsum a patre habitans præsumitur sui iuris.*
31 *Neptis ex filia emancipata non tenetur conferre dotem succedens Auo.*
32 *Dotem datam matri quando Nepos, vel neptis sibi imputet in legitimam & 33.*
34 *Actio ex statuto competit illi cui statutum aliquid defert.*

ARGVMENTA.

Vide in præfatione consilij.

CONSILIVM LIV.

Veni sancte Spiritus,
Mentes tuorum visita.

QVæritur an Neptis ex filia præmortua possit non obstante fine ipsius matris legitimam in bonis ipsius Auui ab Auunculis vniuersalibus hęredibus consequi. Et vbi possit, an in ipsam teneatur, quòd ipsa mater recepit, imputare.

Et contra Neptem stringit hoc, quòd ex stat. cap. 185. extantibus masculis lineæ masculinæ a successione ✠ excluditur ibi, [& 1
alli descendenti,] consequenter ergo et a legitima, quæ est portio eius, quòd venit ab intestato, exclusa censetur Ias. post plures per eum allegatos in l. si quando §. fin. num. 11. C. de inoff. test. Dec. cons. 26. col. 2. vers. nec obstat Corn. cõs. 150. num. 3. volum. 1. & cons. 210. numero 6. eo. vol. & cons. 1. col. pen. nu. 17. vol. 2. & cons. 221. num. 5. vol. 4. Ang. cons. 105. in fi. Alex. cons. 3. num. 10. & cons. 168. nu. 4. lib. 7. Rim. sen. cons. 253. num. 10. li. 2. Crau. cons. 11. num. 13. Natta cons. 308. num. 4. lib. 1. Idem Dec. cons. 303. num. 9. Gozad. cons. 43. num. 24.

Confirmatur exclusio ipsa ex sequenti eiusdem statuti versiculo, [ma siano tenuti,] illud dupliciter inducendo ad huius confirmationis probationem. Primo in quantum solas ex linea masculina fœminas descendentes iubet dotari, quarum inclusio
2 ostendit ✠ alias lineæ fęmininæ sub præcedenti exclusionis regula relinqui l. si cū dotem in prin. ff. sol. matr. l. quæsitum. §. idem respondit ff. de fun. instruc. l. si extraneus, ff. de cond. ob. cau. c. vt circa de priu. Mart. Vran. cons. 11. num. 2. & cons. 48. num. 44. lib. 2.

Secundo inducitur, quòd dum de dotandis ipsis exclusis per masculos loquitur, non põt ad descendentes ex fęminis, qui possunt esse vtriusq; sexus, sensus aptari, inter quos differentia sine ratione constitue-
3 retur ✠ contra tex. in §. 1. vers. in hoc, n. in auth. de hæred. ab intest.
4 Quæ ideo ✠ euitari debet interpretatio ad tradita per Abb. cap. cum dilectus nu. 6. Extra de consuet. Dec. cons. 268. nu. 2. Aliàs duplici dote ditaretur, quæ ab vno
5 dotata ✠ ab omnium successione excluditur Bal. cons. 71. lib. 4. Castr. cõs. 91. col. 1. in fi. lib. 2. & cons. 196. col. pen. vers. non curauit lib. 1. Rom. cons. 485. nu. 2. cons. 29. nu. 6. lib. 1. Dec. cons. 379. num. 8. & cons. 589. nu. 2. Cur. iu. cons. 5. num. 33. & cons. 10. nu. 6. Soc. iu. cons. 62. num. 20. li. 3. Cass. cons. 55. num. 16.

Stringit præterea contra Neptem, quòd non
6 nisi quantum ipsa mater, † si viueret, habere potest allegato §. primo vers. sic ta-
7 men, At ipsa nihil ✠ sua sine exclusa habe ret, Crau. conf. 11. num. 13. Ergo nec ista, Alias melioris, quàm ipsa mater, conditio nis esset, contra l. si viua matre C. de bon. mater.
8 Hacq; ratione & aliis ✠ finem ipsam Nepotibus obstare tradit Dec. conf. 181. nu. 6. & 7. Bell. conf. 15. in fi. Cass. conf. 47. num. 29. Rubeus conf. 42. num. 6. & 7.

His tamen minime obstantibus in contrariã puto sententiam esse veniendum, Quia
9 huic Nepti legitima ✠ debetur Ias. in auth. nouissima num. 51. & ibi omnes C. de inoff. test. Ceph. conf. 650. nu. 5.

Ipsiq; iure proprio, licet in materno gradu re
10 præsentato ✠ competit Crass. in §. legitima quæst. 4. in prin. Bar. in l. 2. C. de liber. præter, & in l. 1. §. 1. ff. de coll. do. & in l. 1. §. si sit filius, ff. de coniung. cum emanc. lib. Ceph. conf. 334. num. 42.

Cui quidem legitimæ non obstat Matris renunciatio secundum magis communiter,
11 & per maioris auctoritatis ✠ Doctores receptam sententiam, stante etiam iuramẽto, originalis est sententia Bar. in l. qui superstitis num. 4. ff. de acq. hæred. Bal. in l. fin. nu. 16. C. de pac. & in l. pactum quod dotali nu. 2. C. de coll. & ibi Castren. nu. 7. Alex. col. 3. attestãs de communi. Dec. ibidem Gozad. conf. 75. nume. 22. Crau. conf. 127 nu. 1. & 4. Ceph. conf. 334. per totum, & conf. 620. num. 88. & conf. 650 num. 8. & conf. 751. nu. 27. Viu. dec. 211. num. 4. 5. & 6. Francus decis. 67. nume. 1. 7. 8. & 9. Thesau. decis. 138. num. 3. Crass. trac. de success. §. legitima quæst. 4. num. 4. Rom. lib. 3. comm. tit. de iu. dotium cõclu. 1. num. 43. & 47. Ex quibus & ibi per eos allegatis præcipuè ex Ceph. Crass. Roma. Thesau. iuncto Rol. a Valle conf. 11. num. 7. li. 1. manifestè patet istam esse veram, & magis communem, a qua non est in iudicando recedendum, siuè cùm auunculis, siuè cum aliis Nepotibus cõcurrat.

Non obstant modo contraria, Et primò q̃ censeatur exclusa a legitima ex dispositione stat. cap. 185. Respondetur id verum, si non in sequenti exceptione dotationis compræhenderetur, At manifesta est cõ-præhensio, cum & ipsa veniat appellatio-
12 ne ✠ descendentium Ceph. conf. 353. nu. 2. & conf. 394. num. 3. vol. 3. & conf. 473. num. 7. vol. 4. Plottus conf. 86. num. 28. Crass. in §. fideicommissum quæst. 15. nu. 1. Idq; magis enixè dictum in statuto legi
13 tur ibi excluse[come di sopra,] Cuius ✠ dictionis vtsupra, natura est repetere omnes antedictas, & sic Neptem ex filia ante dictam l. 1. §. deinde, ibiq; Bart. in §. ex hoc edicto, ff. de postul. tex. in l. item quæritur §. item Iulianus ff. loca. Fab. de Anna cõs. 28. num. 1. & conf. 53. num. 127. Maximè cum nulla sit inter eas fœminas exclu
14 sas diuersitatis ratio ✠ sufficiens Francus decis. 87. num. 4. & 10.

Nec ob. quòd ista videatur etiam ab exceptione dotationis exclusa, cum non descẽ
15 dat ex linea masculina, ✠ quibus dumtaxat videtur Dos reseruata, ibi fœmine descendenti [dalla linea masculina] vt in specie simili arguit Castr. conf. 91. nu. 4. lib. 2. hæc autem ex ea non dicitur descẽdere, cum mater principium fuerit lineæ fœmininę, & idem iuditium est de princi
16 pio ✠ quod de fine, vt in terminis tradit Castr. in l. maritus nu. 5. C. de proc. Soc. in l. Gallus, §. nunc de lege num. 3. ff. de lib. & posth. Ceph. conf. 664. num. 7. & num. 24.

Quia respondetur ad hoc multipliciter, primò, quòd cum maternus gradus ab ipsa masculina linea procedens in ista repræsẽ
17 tetur, ipsã consequenter ✠ iure ipsius repræsentationis ab eadem linea procedere dicendum est ex traditis supra vers. Ipsiq; num. 10.

Huic responsioni confert quæstio primogeniturę, quæ pro nepote ex primogenito ma
18 gis communiter ✠ deciditur Fran. Hotto. secũda, tertia, & quarta quęst. Ill. Crass. d. §. successio ab intestato quæst. 2. nu. 10. Gab. Rom. comm. concl. tit. de success. ab intest. concl. 2. num. 16. Et patet aliis cumulatis a Tiraq. trac. primog. quæst. 40. num.

num. 12. & 13. Hæc enim repræsentatio
19 † procedit etiam in statutariis successionibus. Gab. Rom. cons. 1. num. 7. & 8. li. 2 Crass. 5. successio ab intestato quæst. 2.
20 num. 9. & tàm in fœminis, ✚ quàm in masculis, Crau. cons. 67. nu. 4.

Mentemq; talē esse statuti, vt Neptis quoq; ex filia dicatur ab eadem linea procedere colligitur tum ex adiuncta relatione, [co-
21 me di sopra,] quòd. n. profertur ✚ cum adiuncto non est propriè talē, Ias. in l. 1. num. 6. & seq. ff. si ex nox. Tùm etiam ex verbis Rubricę, & nigri in prin. dum illū, a cuius hęreditate, etiam neptis excluditur, Ascendentem appellat lineæ masculinæ a quo diuersum non debet esse iuditiū
22 & correlatiui ✚ descendentis. Euer. loco a correl. nu. 10. Cum enim ex prædictis mens pro Nepte colligatur statuti, illa sequenda est, licet verborum illorum, [femi
23 ne descendenti dalla linea masculina] ✚ proprietas non permitteret tex. in l. credē dum primo resp. ff. qui pet. tut. & in l. scire §. aliud de excus. tut. & in l. fin. C. quæ res pign. obl. poss. glo. in l. in venditione, ff. com. præd. Dec. cons. 407. num. 7. vers. 2. & cons. 555. num. 5. Bec. cons. 78. nu. 28. & cons. 94. num. 7. Rol. cons. 58. nu. 34. lib. 3. Marti. Vran. cons. 9. num. 22. li. primo.

Non obstat, quòd sic per duplicem dotem in sexu ex. filia differentia constitueretur cōtra tex. §. primi vers. in hoc enim auth. de
24 hæred. ab intest. Quia respondetur ✚ sic scriptam esse legem ipsam municipalem, quæ quamquàm dura seruanda est l. prospexit, ff. qui & a quibus. Nec absurdum
25 est fœminam plures ✚ habere dotes, Anch. cons. 80. num. 2. vers. item esset de quo nec masculus debet conqueri, qui ipsam etiam in pari, & quandoq; in potiori gradu ab omni ferè successione excludit.

Nec ob. quod sequitur ab vno dotatam ab omnium successione repelli, Quia respondetur procedere vbi plures in oratione exclusiuè numerantur, vt in casibus per allegatos Doctores consultis, cum statutum disponit dotatam non succedere patri auo fratri, &c. Tunc sufficit ab vno esse dotatam, secus cum simpliciter statuit fœminam dotatam a successione morientis ex-
26 cludi ✚ colligitur distinctio ex Bal. in l. 1. num. 4. C. de leg. hęr. Dec. Castr. Cur. & aliis supra nominatis Menoch. cons. 3. nu. 17. lib. 1.

Non ob. sequens ratio, quòd nihil, quemadmodum nec mater si viueret habere potest, Quia respondetur procedere argumentum, cum ex persona eiusdem non
27 propria ✚ veniunt vt ex Bar. probatur in d. l. qui superstitis Ceph. cons. 103. num. 6. quòd hic secus est ex allegatis supra vers. ipsi quoq; Et hæc ad l. si viua matre
28 ✚ cōmunis est responsio Ceph. cons. 103 nu 6. & cons. 334. nu. 65.

Non ob. auctoritas Decij, Bell. Cass. & Rubei cōtra Neptem tenentium in contrarium deducta, Quia respondetur opinionem pro
29 nepte ✚ ratione, & numero longè superare, vt patet ex supra deductis vers. Cui quidem. Quibus etiam Doctoribus aduersantib. singulis in specie, respondet Ceph. d. cons. 334. num. 69. & seq.

Super secundo articulo cum Mater seorsum a patre habitans vltra decennium præsu-
30 matur, hoc allegato, sui iuris ✚ fuisse tex. in l. 1. vbi gloss. C. de patr. potes. Francus decis. 10. num. 4. Menoch. lib. 6. præsum. cap. 55. num. 21. Mascar. trac. prob. conc. 599. num. 1. Maran. trac. de Rem. possess. num. 220. Dotem ipsam Neptis ista vti matris non Aui hæres consequitur, quam non ideo in legitimam ipsi ab Auo debi-
31 tam tenetur imputare ✚ Castr. cons. 145 col. 1. lib. 1. Crass. in §. legitima quæst. 23. num. 7. Thes. decis. 237. num. 14.

Nec ob. si quia cùm Auunculis concurrit necesse sit ei vti iure Matris, cui omnino ob-
32 staret finis, & ✚ imputatio recepti, vt tradit Ceph. cons. 103. nu. 6.

Quia respondetur primò in iuribus per eum allegatis id minimè probari, potius imò contrarium, quod contrarium etiam fir-
33 mat ex cōmuni ✚ Crass. allegata quęst. 4. in fi. Rom. d. concl. 1. num. 46.

Respondetur secundò, quòd cum statutum de descendentibus ex fœmina dotandis disponat, competit ei Nepti actio ex statuto

tuto ipso, quæ actio a nemine descendit, 34 sed ei, in cuius fauorem ✠ verba statuti concipiuntur, incipit beneficio statuti cõpetere Ias. in l. 1. numero 5. vers. sed. Lud. Rom. ff. de off. eius. Borgn. Caual. decis. 3. nu. 7. Franc. decis. 149. num. 5.

Quibus stantibus puto ipsius neptis defensioni sufficienter consultum.

Schenardus.

SVMMARIVM.

1 Donatio omnium bonorum præsentium non est de iure prohibita.

2 Donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum aliquo reseruato valet.

3 Statutum prohibens relinqui vltra tertiam non habet locum in donatione inter viuos.

4 Vxori potest donari inter uiuos, licet ei legari vltra quotam prohibeatur.

5 Vnum statutum declaratur ab alio.

6 Statutum prohibens donationem, non comprahendit donationem factam propter merita.

7 Merita probantur assertione donantis inter personas non prohibitas donare.

8 Donatio remuneratoria, est quando merita exprimuntur, & probantur.

9 Statutum de donatione, non compræhendit donationem iuratam.

10 Donatio nullo aliquo defectu iuris positiui, potest a Principe confirmari.

11 Princeps potest cuilibet etiam non citato in his, quæ sunt iuris positiui, præiudicare.

12 Statutum de donationibus publicandis, non habet locum si aliter constat fraudem abesse.

13 Statutum iubens duas partes reseruari hæredibus, censetur tollere donationem inter viuos.

14 & 15 Quod statuto alicui defertur, an possit contraria dispositione hominis tolli.

16 Statutum aliquid disponens de querela inofficiosi testamẽti, extenditur ad inofficiosam donationem.

17 Cui competit querela inofficiosi testamenti, competit querela inofficiosa donationis.

18 Statutum extenditur ad casum non expressũ in quo militat eadem ratio.

19 Ratio vt conseruentur duæ partes in hæredibus, militat in omni modo disponendi.

20 Duæ partes quæ ex statuto hæredibus reseruantur, dicuntur legitima.

21 prohibitus testari, vt bona in familia conseruentur, censetur prohibitus, etiam donare.

22 Prohibitio testatoris, & statuti a pari procedunt.

23 Statutum subordinans successiones, dicitur Ciuitatis testamentum.

24 Expressum in omni dispositione, censetur illud quod disponens interrogatus, respondisset.

25 Statuentes verisimile est voluisse prohibere donationem vltra tertiam, vt malitijs occurrerent, & ne in verbis captarentur.

26 Paria sunt omnia donare, & parum reseruare.

27 Fraus præsumitur tam in donatione quasi omnium, quàm omnium bonorum.

28 Quòd reseruari debet ex donatione omniũ quantum esse debeat. & 29. & 30.

31 Reseruatum illud tantum dicitur, quòd deductis debitis superest.

32 Donatio omnium est quando reseruatum cõsumitur ære alieno.

33 Reseruatum debet esse tale, quòd post mortẽ donantis non possit minui.

34 Bonorum, quæ sit significatio, & 43. & 44. & 45.

35 Statutum prohibens omnium præsentium expoliationem, easdem recipit interpratationes quas recipit prohibitio iuris communis præsentium, & futurorum.

36 Debita sunt ab hærede non donatario præstanda.

37 Donatarius omnium bonorum, non tenetur ad æs alienum.

38 Bona hæredi reseruata sunt primo capienda.

39 Bona etiam propria hæredis primo capiuntur cessante beneficio inuentarij.

40 Creditores contra Donatarium agunt reuocatoria.

41 Reuocatoria contra Donatarium non competit nisi hærede excusso.

42 Hæreditatis nomen cũ ære alieno recipitur.

46 Dictum

46 Dictum Doctoris intelligitur secundum legem quam allegat.
47 Hæres donatoris tenetur ad onera realia &c. si donator de euictione promisit.
48 Idem si donatio sit remuneratoria, quia de euictione tenetur.
49 Donato remuneratoria ad instar est venditionis.
50 In venditione venit euictio, quanti interest, & quanti minoris.
51 Hæres tenetur bona donata defendere ab euictionibus, & hypotecis.
52 Legatum est Donatio.
53 Hæres tenetur luere rem legatam obligatã.
54 Funeris impensam soluit hæres.
55 Alimenta donatoris sunt primo ex reseruato deducenda.
56 In taleis consequendis pro debitis ante donationem factis excutitur primo hæres.
57 Soluens quod alius debet ab illo repetit.
58 Donatio perfecta non potest ab altera immutari.
56 Ius alteri quæsitum non potest oblatione, vel protestatione tolli.
60 Nullitas dispositionis excessus ratione non conualidatur additionis, vel detractionis oblatione.
61 Vbi statutum disponit ius commune siles.
62 Differentia est, quòd dispositio inter aliquos prohibeatur simpliciter, & quod vlterius lex disponat bona aliquibus reseruando.
63 Statutum aliquid disponens, censetur habilia præsupponere,
64 Ad solutionem argumenti sufficit dare instantiam.
65 Statuto non potest legitima descendentium sine causa tolli.
66 Lex concedens omnia posse donari, intelligitur non existente cui debeatur legitima.
67 Lex generalis non intelligitur de casu, in quo legem specialem habemus.
68 Donatio dicitur pura, licet merita sint in genere enunciata.
69 Donatio tota pura, & simplex dicitur in qua merita, & sanguinis amor exprimitur.
70 Donatio non dicitur remuneratoria, in qua est clausula; puram meram, & simplicem.
71 De meritis non statur assertioni disponentis in actu prohibito. & 72.
73 Assertioni per quam substinetur actus alias prohibitus non statur.
74 Merita qualia & quanta esse debeant, vt donatio sit remuneratoria. & 75.
76 Donatio in eo, quod excedit merita, dicitur simplex.
77 Donatio nõ est remuneratoria, si merita meritis, vel aliunde compensantur.
78 Donatio non dicitur ob causam, si vtriusq; vtilitatem causa concernit.
79 Merita non dicuntur, quæ ex obsequio debentur.
80 Statuta de solemnitatibus in donationibus & spolijs seruandis, habẽt locum etiam in iuratis.
81 Contractus phohibitus ob rationem publicæ vtilitatis non firmatur iuramento. & 83.
82 Statuti prohibentis spolium, ratio est vtilitas publica.
84 Contractus pluribus defectibus nullus non firmatur iuramento.
85 Statuta ad contractus iuratos referuntur in illis locis, vbi statuentes habent potestatem disponendi super iuramento.
86 Statuta in terris Ecclesiæ continent casus iuratos.
87 Decretum ex falsa assertione impetratum nullum est.
88 Iudex potest moueri ex confessione ei extra iudicium facta.
89 Consules Iustitiæ insinuantes expoliationẽ, vti competentes incurrunt cum alijs interuenientibus pœnam l. secundum C. de don.

ARGVMENTA.

An Statutum cap. 181. prohibens vltra tertiam extraneis relinqui habeat locum in donatione inter uiuos.

Statutum cap. 173 prohibens expoliationem, seu omnium bonorum præsentium alienationem sine certis solemnitatibus, quomodo procedat, & hic habetur plenum comen-

comentum.

De donatione ob merita, & de meritis plenus est tractatus.

De donatione omnium bonorum, & summa reseruanda testandi.

Æs alienum quis soluat hęres an donatarius, & quid de oneribus realibus euictionibus, & hippotecis.

CONSILIVM LV.

Adiuuet me totius Conditor orbis.

SAtis contentiosa est præsens disputatio; an donatio facta de omnibus, & quibuscumq; bonis mobilibus, immobilibus, iuribus, & actionibus, reseruato valore scutorũ nouem, de quibus donans posset testari valeat, vel ne pro ipsius validitate facit pri-
1 mo quòd donare omnia ✠ præsentia bona non est iure prohibitum l. si quis argentum §. sed & si quis vbi Bald. C. de donat. Roma. in l. stipulatio hoc modo nu. 45. ff. de verb. obl.

2 Maximè aliquo ✠ reseruato Bar. in l. stipulatio hoc modo num. 6. de verb. obli. Ceph. cons. 288. num. 39. Qui donationẽ substinet 50. florenis reseruatis, Alex. cõsi. 59, nu. 2. lib. 5. qui aliam tuetur 60. libris reseruatis, Cui conclusioni non videtur repugnare statutum cap. 181. prohibens vltra tertiam partem disponi, Quia respondetur illud de vltimis voluntatibus exp̃ssum non debere ad donationem inter vi-
3 vos ✠ extendi Alex. cons. 26. num. 3. in fine, & seq. lib. 2. Rui. cons. 44. num. 19. li. 2. Idem Alex. cons. 54. lib. 7. Lancillo. Gallia ad stat. Alexádriæ in verbo legare q̃st. 6. num. 25. & seq. qui concorditer firmant
4 ✠ statutum prohibens vxori per vltimam voluntatem vltra tertiam, vel quartam relinqui non excludere quominus possit eidem inter viuos donari.

Et quòd de donatione inter viuos non senserit, colligitur ex alio statuto 173. quod certis seruatis solemnitatibus omnia permittit posse donari, ab vno enim statuto
5 ✠ manifestum est aliud declarari Mago. decis. 105. flor. Achil. Pedroch. cons. 25. num. 42. & seq.

Et quicquid sit de prędicta interpretatione dicendum, cum tamen hæc sit donatio ꝓ-
6 pter merita non ✠ potest statutum de huiusmodi donatione intelligi Becc. consil. 55. nu. 19.

De quibus quidem meritis cum non agatur
7 inter personas ✠ prohibitas, standum est ipsius donantis assertioni Dec. cons. 20. num. 2. Alba. cons. 4. nu. 44. & cons. 207. num. 29. Anr. Gama. decis. 245. nu. 2. Senatus Lusitaniæ, & decis. 256. nu. 2.

8 Multò magis ✠ cum hic asserantur iam in processu probari ad tradita per Menoc. cons. 112. nu. 4.

Fortius prædicta procedunt cum sit hoc donationis instrumentum iuramento valla-
9 tum, de qua donatione ✠ non censentur statuta prædicta disponere Corn. consil. 194. in fi. lib. 3. Ceph. cons. 162. nu. 16.

Quòd si etiam posset alicuius defectus prætextu impugnari, eam tamen potest Illu-
10 strissimus D. Præses pro suo arbitrio ✠ cõfirmare Cur. iun. cons. 110. nu. 31. Plott. ad l. si quando num. 866. Quemadmodũ cuiq; in his, quæ sunt iuris positiui etiam
11 non citato potest, si ✠ constat quod ita velit, præiudicare, Cur. iun. cons. 174. num. 13.

Non obstante etiã statuto suprascripto 173. cum satis constet fraudem, quæ statuti ratio est, abesse, qua cessante donationem
12 substineri eo statuto ✠ non obstante tradit Ceph. cons. 162. nu. 13.

Quibus tamen non obstantibus contrariam sententiam sequor in casu præmisso ex dispositione vtriusq; statuti prædicti, Primi scilicet cum non reseruauerit hæredi duas
13 partes, vt in terminis statuti iubentis ✠ duas partes heredibus reseruari contra donationem inter viuos consuluit Alex. consi. 55. nu. 3. lib. 1. quem sequitur Cassa. cons. 39. num. 85. & cons. 56. num. 3. Thesau. decis. 34. num. 4. ad quod facit quod idem Alex.

Alex. tradit conſ. 150. in fi. lib. 2. Caſtr. conſ. 438. num. 2. lib. 2.

Quorum defenditur ſententia rationibus quæ ſequuntur; Prima quia quando ſtatuto aliquid alicui deſertur non poteſt contra-
14 ria diſpoſitione hoc beneficium + ab eo auferri Becc. conſ. 76. num. 16. verſ. deci-
15 mo, Theſau. deciſ. 34. De lucratiua + diſpoſitione tantùm intelligendo cum Iaſ. in l. ſi quis ita promiſerit §. ea lege nu. 38. ff. de verb. obl. Anch. conſ. 101. num. 5. verſ. non obſtat Gallia in dicto verbo legate quæſt. 6. nu. 25. & ſequenti.

Secunda quia cum quærela inofficioſi teſtamenti, & quærela inofficioſæ donationis a lege veteri parificentur, ſtatutũ de vna diſponens debet ad alteram extendi, vt
16 quemadmodum hæredes vna + quærela teſtamentum irritant ita alia donatio rũpatur, hanc rationem tradit Caſs. d. conſ. 39 num. 84. & conſ. 56. num. 2. & tradit Corn. conſ. 179. num. 15. lib. 2. quod cui
17 competit † quærela inofficioſi teſtamenti competit quærela inofficioſæ donationis, Soc. conſ. 108. num. 7. in fi. lib. 1.

Tertia eſt, quia ſtatutum extenditur ad
18 caſum non expræſſum + quando eadem in vtroq; eſt ratio, Caſs. d. conſ. 39. num. 84. verſ. eo etiam. Caſtr. in termi. in conſ. 438. nume. 2. verſ. non obſtat quod ſtat. lib. 2. At ratio illa, vt in hæredibus conſer-
19 uentur militat in omni modo + diſponendi Caſtr. ib terminis in d. conſ. 438. num. 2. verſ. nec ob. quòd ſtatutum lib. 2. Ergo & de donatione debet ſtatutum interpretari.

Quarta eſt, quia partes illæ, quas reſeruare
20 tenetur teſtator, dicuntur legitima + vt ex eodem Caſtr. 468. col. 4. verſ. quod ẽt lib. 2. At iſta tam in donatione, quam in vltima voluntate procedit toto tit. C. de inoff. donat. Ergo, &c.

Quinta eſt ab exemplo teſtatoris, qui ſe prohibitioni teſtandi ſubdiderit, ratio vt in fa-
21 milia remaneant cenſetur + etiam de donatione diſpoſuiſſe Caſtr. d. conſ. 438. nu.
22 2. ergo idem + interpretandum eſt de ſtatuto ſic loquente, vt ibi arguit Caſtr. Probatur idem argumentum, quia ſtatutum de vltimis voluntatibus ſecundum verba teſtatoris exponitur, & ideo ſtatu-
23 tum ſubordinans + ſucceſſiones dicitur ciuitatis teſtamentum, Bal. conſ. 205. præmiſſis verbis ſub num. 1. verſ. nam. vt ita dixerim lib. 4. Alex. Raud. conſ. 4. num. 2. & conſ. 14. num. 63. lib. 1. & conſ. 14. nu. 115. lib. 2.

Sexta eſt, quia in omni diſpoſitione etiam
24 ſtatutaria illud cenſetur expreſſum + qđ diſponẽs interrogatus reſpondiſſet Alex. conſ. 216. num. 22. verſ. reſpondeo lib. 2. Alex. Raud. conſ. 36. nu. 129. lib. 1. Becc. conſ. 111. num. 39. Fab. de Anna conſ. 9. in fi.

At voluiſſe ſtatuentes malitiæ iſti occurrere
25 + ne in ſermone eorum mens captaretur cenſendum eſt cum Alex. d. conſ. 55. nu. 3. & Caſs. d. conſ. 39. num. 85. & conſ. 56 num. 3.

Ex diſpoſitione quoq; ſecundi ſtatuti 173. ſupra allegati, deciſionem iſtam cõtra donationem ſequor, cum ſit de omnibus bonis, & de iſta ſtatutum loquatur vt infra oſtendam, in qua ſolemnitas, & decretum ibi requiſitum abeſt.

Quod autem de omnibus fuerit de qua conſequenter annullando diſponat ſtatutum
26 prædictum patet, quia + omnia donare, & parum reſeruare non differunt, Corn. conſ. 178. num. 6. lib. 2. Ceph. conſ. 288. num. 29. Menoch. conſ. 184. num. 3. Couar. var. reſol. lib. 3. cap. 12. num. 3. verſ. 3. eadem.

Hinc eſt quod fraus præſumitur non ſolum
27 cum donantur + omnia, ſed etiam quaſi omnia, Bar. in l. nomen §. 1. in fi. de leg. 3. Alex. conſ. 26. num. 3. lib. 2. & conſ. 108. num. 4. lib. 4. & conſ. 143. num. 1. verſ. & ibi lib. 5. Corn. conſ. 127. nume. 23. lib. 2. Idem Alex. conſ. 55. num. 7. lib. 1.

Quòd parum, Alij illud arbitrantur quòd vi-
28 geſimam + non excedit, Clar in §. donatio quæſt. 19. verſ. ſecundo pr̃. Ceph. cõſ. 485. num. 133. Menoch. d. cõſ. 184. nu. 4.
29 Alij, quòd mihi plus placet + hoc iudicis arbitrio relinquunt, vt Soc. in l. ſtipulatio hoc modo num. 92. de verb. obl. Ceph. d. conſ. 485. num. 134.

Quod

Quòd arbitrium in eo versatur attendo, an aliquis probabiliter pro eo reseruato vel let esse hæres. Castr. cons. 75. num. 3. vers. nec videtur lib. 2. & cons. 82. nu. 3. lib. eo. Ceph. cons. 485. num. 129. vers. non enim Anto. à Gama. d. decis. 245. in fine.

Sed de reseruato an satis sit, vel ne in præsenti casu vanus est sermo, cum nihil penitus hæredi remaneat deductis quæ deduci debent ab ipso hærede, imò supersit damni periculum: Reseruatum enim non dici-
31 tur, nisi quod deductis debitis restat ✠ Castr. in cons. 468. num. 3. vers. nam deductis lib. 1. Alex. Raud. cons. 44. nu. 7. lib. 1.
32 qui dicit omnium esse donationem ✠ quando reseruatum consumitur ære alieno, ad idẽ Menoch. cons. 184. nume. 9. vers. verum Couar. lib. 3. var. resol. cap. 12. nu. 3. vers. secundo, & vers. tertio eadem.

Et ideo quod reseruatum debeat sic esse, quod sit hæredi post mortem remansurum, nec
33 possit post ✠ donationem diminui scribit Ceph. cons. 485. num. 132. Couat. d. cap. 12. num. 3. vers. quibus accedit Castr. cõs. 356. lib. 2.

Bona enim intelliguntur illa quæ ære alieno
34 deducto ✠ supersunt l. bonorum, & l. subsignatum §. bona ff. de verb. sign. & quæ possunt retineri l. rem in bonis ff. de acq. re. dom. Alex. Raud. d. cons. 44. nume. 2. Deductis ergo prius ipsis deducendis, & quæ ab hærede primo præstanda infra ostendam, patet expressè omnia donata, hæredi verò nil superesse consequenterq; omnium se expoliasse donatorem.

Nec ob. quòd prædicta scripta legantur in terminis donationis præsentium, & futurorum a iure communi ratione facultatis testandi prohibitæ, Quia respondetur statutum de prohibita donatione præsentiũ tantùm, easdem recipere interpretatio-
35 nes, quas recipit prohibitio illa iuris communis, Couat. lib. 3. var. resol. cap. 12. num. 3. vers. 3. iuncto vers. cæterum facit Alba. cons. 779. ad fi.

Quòd autem ab ipso hærede, non donatario
36 præstanda sint ✠ debita tex. est expressus in l. æris alieni, C. de don. Rom. cons. 189. nu. 3. Dec. cons. 387. num. 2. Purpu. cons. 51. cu. 10. lib. 1. Alex. cons. 7. nu. 3. lib. 6.

Siuè sit particularium rerum, siuè omnium
37 Donatarius ✠ Dec. cons. 237. nu. 5. vers. secundo, & sequenti; & d. cons. 387. num. 3. Capella. Tholos. decis. 386. incip. item fuit quæsitum. Abb. cons. 102. circa personarum lib. 2. per totum, Imo. in cons. 50. in fi. vbi inquit, quòd sunt primò capiẽda
38 bona ✠ hæredi reseruata per tex. in l. si vniuersç C. de lega. Boer. decis. 204. num. 43. vers. secus, quinimo, & alia propria hære-
39 dis cessante beneficio ✠ Inuentarij, Aret. in cons. 117. in fi.

Confirmatur ex pluribus, primò quòd contra Donatarium creditores reuocatoria
40 ✠ agunt l. omnes §. Lucius, ff. quæ in frau. gl. in d. l. æris in verbo onus, & in l. hæreditatem in verbo debet ff. de donat. Gui. Pa. decis. 105. qui dicit glosas secutas ab Ang. Saly. Cy. Bal. & alijs, Abb. d. cons. 102. & Dec. locis supra allegatis.

Ar ipsa ratio non nisi hærede prius excusso
41 ✠ competit Ias. in §. item si quis num. 26. Instit. de act. & in terminis donationis Gui. Pa. Abb. & alij supra allegati. Ergo, &c.

Confirmatur secundo ex diuersitate, quæ in his terminis notatur inter nomen bonorũ, & hæreditatis, quo disponens vtatur, vt
42 primum ✠ sine ære, alterum cum ære
43 ✠ intelligatur l. si quis seruum, §. fin. iuncta l. seq. ff. de leg. 2. vbi Bar. num. 2. & l. hæreditatem vbi gl. ff. de donat. & glo. in d. l. omnes. §. Lucius in verbo vniuersa, Idem Bart. in l. fin. num. 3. ff. de vsuf. leg. Alex. cons. 71. num. 1. lib. 4. Dec. d. cons. 387. num. 3. patet eadem distinctio ex re-
44 gula illa, quòd bona ✠ intelliguntur deducto ære alieno, quç interpretatur idest sine Bos. tit. de publ. bon. nume. 11. Bart. d. l. si quis seruum §. fin. num. 2. vers. ratio, & in d. l. fin. num. 3. Alç in l. princeps nu. 3. vbi quòd hoc est de proprietate verbi bonorum.

Et licet alij contrarium dixerint vt Alc. in d. l. subsignatum §. bona num. 4. Tamen ad
45 casum vniuersalis, & vltimæ ✠ voluntatis vix eorum dictum saluari potest, Dec. in

in consf.137.nu.7. Couar. lib.1.var.resol. cap.13.num.4.& patet ex Bart.in d.§.fin. & in d.l. fin. & ex eodem Alc. qui legem
46 vltimę voluntatis allegat secundum ✠ q̄ ipse intelligendus est Euer. in loco a ratio ne legis stricta num.3.

Hæcq; non duntaxat de ære personali, verū & reali in pręsenti casu intelligenda sunt, vbi hæres de euictione tenetur, quia pro-
47 missa ✠ est gl. Bat.& omnes in l. aristo.§. labeo.ff.de donat. Io. Pap. ad consu.bur-bon. §.213. Alba.consf.247.num.8. Mul-
48 to magis si remuneratoria esset ✠ Ias. in l.ex hoc num. 68. ff. de iust. & iure Burs. consf. 31. nu.5.lib.1.Menoch. consf. 112.
49 num.29. Cum sit ad instar ✠ venditionis redacta §. alie. Instit.de donat. glo.in d.§.
50 labeo. In qua venditione ✠ venit euictio & quanti interest, & quanti minoris, etiā non promissa, vt ff.&C.de euict.& de act. empti,& de edil.edic. Ergo hæres illa bo-
51 na donata tenetur luere & ab euict. ✠ & hippotecis defendere Alex. consf.7. num. 4.lib.6.
52 Sic.n.& de legato (quod ✠ donatio est §.legatum Instit.de lega.vbi Doc. Azo.in
53 summa, C. de legatis nu.2.) scriptum ✠ habemus in l. si res obligata, ff. de leg. 1. Ias.in l.3.num.5.C.de leg. & in l. prædia, nu.3.C.de fideicom.

Quod autem debita adsint,& onera,quæ reseruatum consumunt, patet ex funeris
54 ✠ impēsa l.at si quis ff.de releg. & sump, Iun.Io. Papo.in consue. Barbon. §.228. Aret.consf.117.in fi.Ex alimentis post do-
55 nationem perceptis a donatario quæ ✠ reseruatum consumunt Alex.Raud.consf. 44.nu.11.vers.septimo,Crau. consf. 222. num.2.in fi.Ex eius donantis rata debitorum Quadræ ante donationem contracto rum ascendente ad lib.65.imper.pro quibus debet primò hæres ipse excuti vt in
56 terminis ✠ consuluit Natta consf.71.in fi. & per totum & ex pluribus instrumentis venditionum cum gratia productis.

Nec ob. quod ea, vel eorum aliquæ donatarius satisfecerit, quia non tollitur quomi-
57 nus adhuc hæres negociorum ✠ gestorū actione teneatur l.soluendo deneg. gest. & l.solutionem de solut.

Nec ob. quòd offerat hæredem ab omnibus seruare indemnem. Quia respondetur, quòd cum sit sine hac indemnitate donatio perfecta, non potest nunc vnius con-
58 sensu ✠ in aliquo mutari l. perfecta, C. de donat.quæ sub modo, seù post ius hæredi
59 quæsitum ✠ illud aliqua oblatione tolli argu.l.fina.ff.de pac. & l.si priusquam,C. de distr.pign.

Cui consequēs esset,quòd legatum vltra tertiam posset oblatione accipiendæ tertiæ dumtaxat defendi, vel ille,cui supra libras quinquaginta obstante statuto non potest iuramentum suppletiuum deferri posset excessus remissione in residuo tueri, vel cui donatio supra libras quinquaginta ex nostro statuto Decreti defectu non valet, retentio intra minorem summam concedatur, Vel quæ vltra 500. solidos non insinuata ruit, intra substineatur quod est
60 falsum Cass. consf. 56. nu.2.Ceph. consf. 44. in fi.& consf.61. num.5.

Quibus non obstant modo contraria. Et primo quod donatio omnium bonorum præsentium valeat, quia Respondetur prohibitionem a statutis haberi, quibus stantibus non est de dispositione iuris commu-
61 nis curandum ✠ vt scripsi supra consf.21. nu.167.

Non ob. quòd etiam futurorum valuisset ali quo reseruato, Quia responsio iam ex rationibus decidendi resultat.

Non ob. Doctores qui allegantur, quod statutum 181. non censeatur de donationibus inter viuos disponere. Quia Respōdetur illos loqui in casu dissimili inter maritum,& vxorem,quibus statutum prohi-
62 bet ✠ ratione eorum, non vt hæredibus conseruet, prout prædictum statutum facit vlterius de intestatis hęredibus loquēs prout in simili distinguit Bart. in l.si iure, nu.3.vers.modo ad propositum de leg.3. Francus decisf.287. per totam Achill.cōsf. 8.nu.119.

Non ob. inductio sumpta ex stat. 173.quòd suis seruatis solemnitatibus a contrario sēsu videtur concedere omnia donari,Quia Respondetur illud argumentum saluari,

cum

cum donatio fit eis quibus sunt partes re-
seruandæ, vel nullis, quibus reseruentur,
extantibus. Sicque habilibus præsupposi
63 tis ✠ quæ ab altero statuto requiruntur, c.
1. extra de eta. & qual. Alex. Raud. consil.
14. num. 93. & 96. lib. 2. & dixi cons. 25.
num. 9.

Patet responsio data instantia, quæ pro solu-
64 tione ✠ sufficit, Si stat. 181. ab eo 173.
restringeretur sequeretur, quod etiam de-
scendentes vel ascendentes possent sine
causa illa seruata solemnitate legitima pri
65 uati, quòd ✠ est absurdū Boer. decis. 188.
num. 6. vbi de magis communi Cur. iun.
cons. 10. num. 7. vbi de communi, & ma-
gis communi.

Euidentior colligitur resolutio argumenti
ex coniunctione simili fienda in iure com
muni, nam tex. l. si quis argentum §. sed si
& si quis C. de donat. concedit omnem
substantiam donari, Titulus vero de inoff.
donat. vult legitimam reseruari. An ergo
intelligatur, §. sed & si quis quando aliquis
extat cui legitima debetur, an verò nemi-
ne existente, vel quando ei existenti do-
66 natur? hoc non illud est verum, ✠ Ergo
idem de statutis prędictis est dicendum,
vt scilicet lex generalis non intelligatur
67 in casu in quo habemus legem ✠ specialē.
Soc. cons. 93. nu. 35. lib. 4. Cass. d. cons.
7. num. 24.

Non ob. quòd sit donatio remuneratoria,
quę statuto non continetur, Quia respon
detur Imo donationem esse puram, & sim
plicem, quòd ex pluribus probo.

Primo, quia nihil donator specificauit, sed ea
sola clausula ob merita enunciantur, quæ
68 clausula dicitur de stylo, nec mutat natu-
ram simplicis donationis, Menoch. qui
latè probat cons. 112. num. 16.

Secundo, quia sanguinis amor, & meritorum
exprimitur, quæ ideò tota simplex repu-
tatur Cassa. cons. 7. nume. 15. Menoch. d.
cons. 112. num. 42. Petrus Surdus cons.
361. num. 15. lib. 3.

Tertio, quia inseruntur verba puram, liberā,
& simplicem, quę meritorum commemo
ratione non obstante simplex censetur do
natio. Soc. Sen. cons. 295. nume. 9. lib. 2.
post Oldra. cons. 5. Parisius cons. 88. nu.
101. lib. 3. Cassa. d. cons. 7. num. 14. Dec.
in l. si donatione nu. 24. C. de coll. Ceph.
cons. 94. num. 19. Menoch. d. cons. 112.
num. 41.

Quarto, quia & si specificata fuissent cum ta-
men non probetur adhuc tota est simplex
71 donatio, ✠ cum in huiusmodi actu prohi-
bito non stetur assertioni donantis de me-
ritis. Rom. tit. de donat. concl. prima num.
61. comm. conclu. Menoch. d. cons. 112.
num 22. & 24. qui loquitur quādo sumus
72 in donatione prohibita sola ratione ex-
cessus. Ceph. d. cons. 94. num. 18.

Quòd regulare est in omni actu prohibito,
73 vt non stetur assertioni facientis actū pro-
hibitum, deeo, quod si verum esset actum
substineret Ias. in l. si donatione num. 4.
C. de coll. & in l. 1. num. 3. & 4. ff. de eo.
per quem factum erit.

Nec quòd nixi sunt aduersarij probare, dici-
tur meritum, quod donationem tāquàm
propter merita substineat.

Primò, quia ad hoc vt in proposita materia
74 merita dicantur, ✠ debent esse remunera
tione digna, Bal. in auth. vnde, & si pater
nu. 1. C. de inoff. Test. Marti. Vran. cons.
75 4. nu. 21. lib. 1. Imo æquiualentia ✠ Cas-
sa. cons. 56. num. 6. & cons. 39. nume. 56.
Aliàs quod excedit, dicitur simpliciter do
76 natum ✠ Ias. in auth. vnde & si num. 15.
C. de inoff. Donat. Alex. d. cons. 55. num.
4. & seq. Ant. Gama decis. 302. nume. 8.
Ceph. cons. 94. num. 19. Menoch. d. cons.
112. num. 13. Et quod alia Donatarius
77 non receperit, vel non aliunde ✠ com-
pensetur Menoch. cons. 112. nu. 21. vers.
& huiusmodi & num. 44. congruit quòd
Alba. tradit in cons. 125. num. 17. dona-
tionem ob causam non esse quando cau-
78 sa ✠ vtriusq; vtilitatem recipit, & sic si
vna vtilitas est donantis, altera sit donata-
79 rij, vel quòd ad ea saltem ✠ ex obsequio
teneretur, Ceph. cons. 94. num. 19.

At màgis donatarij isti Donanti debebant,
cum ab eo fuerint diù parentes eorum ho
spitati, Ipsi etiam infantes educati, & in
serijs in infirmitatibus, otijsq; temporibus,
cum vnius vxore, & filiis adhuc infanti-
bus,

bus, ita vt eo plus debuisse, quilibet arbitrabitur iustus Iudex, quòd vt euidentius pateat, ponamus, quod donatione irrita petant mercedem, Hæres verò totius eorum familiæ ab ortu eorum victum,& vestitum petat, cui nam condemnabitur alter?

Non ob. quòd sequitur in contrariis, cum nō essent personæ prohibitæ, standum eorū dicto de meritis esse, Quia respondetur satis esse,quòd actus ipse ratione excessus, licet non personarum,sit prohibitus vt supra probaui vers.quarto,quia,&si.

Non ob.quòd afferantur in processu probari, quia plures ad hoc iam præcedunt responsiones, Altera etiam est, probationem,tūc prodesse, quando verè propter merita nō simplex est donatio; At nos simplicem supra probauimus eā in vers. primo, quia nihil,& versiculo sequen.

Non ob. vinculum iuramenti supra oppositum,Quia respondetur in terminis statu-
80 torum contrarium ✠ verum esse, & magis communiter receptum, teste Alba, cons.70.num.6. Plott. ad l. si quando nu- 866.vers. & decretū C.de iuram. in litem Rom. tit. de donat. concl. 1. num. 72. in fi.Menoch.cons. 184.num.10. vbi de magis communi.

Probatur etiam ratione, quam tradit Calc. cons. 19.num.41. & Corn.cons. 78.num. 3.lib.1. quòd quando contractus prohibitus est ratione publicę vtilitatis, nec con-
81 tractus, nec iuramentum valet ✠ At sta- tutum 173. de spolio publicando dicitur
82 publicæ vtilitatis ✠ fauore factum. Plottus in d.l. si quando numero 866. vers.& decretum,& fauore tertij vt ibidem Plot-
83 tus ergo ✠ non valet iuramentum Alex. d.cons. 55.num.9.

Maximè cum pluribus laboret defectibus, nempè non factæ publicationis,non adhibiti ab ordinario decreti, subreptionis infrascriptæ, Hæredis penitus exclusi. Nullus enim contractus pluribus defectibus
84 ✠ laborans vnquam iuramento firmatur Cassa.d.cons. 7.num.26. Menoch.consil. 29.num.39. Rui.cons.98. num.7. lib. 1. Bellam.cons. 4.num. 4. Soc.iun.cons. 48. num. 18.lib. 1.

Præterea statuta Prælatorum Ecclesiasticorum intelligi debent etiam de contractibus iuratis,cum ad eorum potestatem per
85 tineat ✠ materia iuramenti Gasp. Cabal.
86 super constit. Marchię Ancon. quæ Egidianæ appellantur lib.2.cap.25. in fine.

Sequor præterea eamdem conclusionem eò magis, quia decretum nullum est vti sub-
87 reptitiè impetratum affirmato petiæ reseruatæ valore falso Duc.reg. 185. Castr. cons.201.num.1.lib. 1. Corn. cons. 132. num. 12.lib.2. & cons. 99. nume.3.lib.4. Rom.cons. 335.num.3.Neuiz.consil.85, num.8.

Et licet in processu non probetur,dicimus satis esse, quod de hoc Iudex sit ex extraiu-
88 diciali confessione certus Cotta in verbo Iudex potest Affl.decis. 28.num.6.Petrus Gars.de Toledo mirab.suorum dicto 238

Quibus stantibus concludo libellum partis esse reuocandum Hæredem in possessione bonorum cum effectu esse continuandum,afferta donatione non obstante, Cui etiam vti ab incompetentibus secundum allegatum statutum 173.insinuatæ nemo
89 potuit impunè interuenire iuxta l. secundum C. de donat.

Et ita concludo dictam donationem esse nullam, & consequenter hæredem in possessione continuandum.

Schenardus.

THEMA SEQVENTIS Consilij.

Reus quidam conuentus pro interlaxatione quorundam fictorum Clericatus Sanctorum Philippi, & Iacobi assignationem ostendebat sibi factam a magn. Dño Francisco Beccaria de iure exigendi ficta prædicta per annos octo, Cui de nullitate contractus replicare controuersia Iudici cōmittitur amicabiliter arbitranda,a quo sequitur arbitramentū his verbis cōceptū, Pronunciamus licere Reo frui fictis prædictis per annos septē finituros anno 1598.

iuxta tenorem prędictæ assignationis, quo elapso teneatur dimittere, Nunc vero cum assignatio de octo loquatur quæritur an referens, an autem relatum attendi debeat.

SVMMARIVM.

1 *In claris verbis non quæritur de voluntate disponentis.*
2 *Geminata expressio arguit voluntatem magis enixam.*
3 *Referens præsumitur erratum si relatum discrepat. Decl. num. 7.*
4 *Instrumentum se referre intelligitur in parte dumtaxat non explicita.*
5 *Relatio non fit ad ea, ex quibus sequeretur contrarietas in referente.*
6 *Referens non relatum discrepans attenditur, quando in referente dicitur relatum fuisse visum, seu lectum.*
7 *Sententia interpretari debet vt minus videatur iniustè grauare, num. 8.*

CONSILIVM LVI.

CVm in sententia Ill. Dñi Colonelli explicitus sit annorum septem numerus, explicitusq; exactionis finis, præscripto numero congruè respondens, non est vlterius in verbis tam claris admittenda voluntatis
1 ✠ quæstio iuxta l. ille, aut ille §. cum in verbis de leg. 3. Maxime cum inquam sua præscripta sit scilicet in numero, & tempore, geminata expressio, Vnde elicitur cer-
2 ta, & magis enixa ✠ voluntas Crau. cons. 201. num. 42.

Ad hæc, obiectio Rei est, quòd cùm Iudex se ad instrumentum referat disponens de octo, debet relatum attendi, non referens,
3 quòd ideo præsumitur erratum ✠ ad tradita per Dec. cons. 63. num. 6. Alex. cons. 9. num. 12. versic. & hoc saltem volu. 5. Cur. Iun. cons. 24. sub. num 3.

Quę hac replicatione tollitur, q̃ ad explicitè
4 determinatum in referente ✠ non pertinet ipsa relatio Paris. cons. 39. num. 18. vol. 1. Alex. cõs. 56. col. 3. vers. nec ēt põt vol. 2. Alba cons. 382. nu. 80. Et magis in terminis Maran. cons. 116. nu. 16.

Cùm. n. per relationem ad numerum in eodē disponente, eodemq; instrumento, & incōtinenti, pariatur contrarietas, repugnatia,
5 & correctio nō debet ad eum ✠ relationē interpretari fuisse factā, sed ad alia in referente non expressa Crau. cons. 70. nu. 3. Alba d. cons. 382. nu. 82. Dec. cons. 163. col. 8. vers. non ob. quod sanctus Alex. cõs. 48. nu. 5. vol. 1. Goz. cons. 87. nu. 19. Menoch. cons. 98. num. 81. Quibus in locis traditur relationem ad aliud esse faciendam, q̃ fieri deberet, vt contrarietas tollatur, Idē Alba cons. 585. num. 2. & 14.

Multò magis vera prædicta sunt in casu isto
6 quo d. Instrumentū vidisse ✠ testat Iudex idē Alba sic amplificans d. cõs. 382. nu. 83

Non ob. contraria obiectio in contrariū superius adducta ex consiliis Decij, & Alex. &
7 Cur. iun. Quia respondetur ✠ sic prædictas auctoritates conciliari, vt contraria in verbis narratiuis, seu enūciatiuis procedat, vt ex eodem Cur. colligitur, & de eo relato, cuius nō cōstat certā, & p̃cisā contentorū Referentē notitiam habuisse ex p̃allegatis

Cōfirmatur hæc interpretatio, quia cū Reus possideret Ecclesiastica ex iniusto, & irrito titulo, Iudicis sunt verba ita interp̃tāda
8 ✠ vt ipsa iniusta possessio minuat Menoc. lib. 2. præs. cap. 88. Asin. praxi iud. §. 32. ampl. 7. Crescen. dec. 6. de sent. & re iud.

Schenardus.

SVMMARIVM.

1 *Soror naturalis, necnon & descendentes ex ea, succedunt sororibus legitimis, & 7.*
2 *Ius succedendi debet esse reciprocum.*
3 *Successio datur vbi cognatio extat, & 5.*
4 *Descendentes ab eadem matre tam legitimi quàm illegitimi, multo magis non ex damnato coitu nati, sunt inuicem cognati. & 5.*
5 *Transuersales inuicem succedunt, licet aliqui sint naturales.*

ARGV-

ARGVMENTVM.

An filius legitimus & naturalis Matris naturalis tantum succedat materteris, & è contra.

CONSILIVM LVII.

Diuino inuocato Spiritu.

PRæsupponitur in facto, quendam nomine Carolum decessisse nullo agnato relicto successibili, sed Materteris dumtaxat ex matre naturali idest ex concubinatu concepta, quæ ad eius Caroli successionem petunt admitti, & cum de hac successione vti raro contingenti non deficiat aliqualis vulgi hæsitatio, Ideò ius suum sic decreuerunt præsenti responso manifestare.

Primò ad eas successionem pertinere ostenditur, quoniam si ageretur de succedendo
ipsis Materteris, vel descendentibus ex eis
nulli est dubium quod altera soror, & Ca
1 roli mater ✠ admitteretur Couar. in Epit.
de sponſ.cap.8.§.5.num.19.secundæ par
tis Alex. Raud.conſ.1.num. 8. lib.1.& in
fortioribus Corn. conſ. 21. num. 7. verſ.
item licet spurij lib. 1. Ergo consequens
est quod & iste huic matri, & Caroli ex ip
sa descendente vice versa succedant per
2 regulam ✠ traditam per Couar. in Epit.
de succ.ab intestato verſ. 13. conclusio
Dec.conſ.311.per totum Alex.conſ.150
num.5.verſ.nec insuper lib.2.

Secundo id regulare est vbicumq; cognatio
3 Extat dari ✠ successionem Alex.cõſ.174.
nu.1.verſ.Hoc ita,li.5.& ver.Et sic Corn.
d.conſ.21.nu.7. in fi. & patet nostro stat.
cap.188. ibi, [& dipoi nelli altri] sed inter ictas sorores matris, & Carolum vti ab
eadem matre in Caroli Auia descenden-
4 tes cognationis ius extat ✠ præcipuè cùm
non sit mater Caroli ex damnato coitu
concepta Alex. d.conſ.174. num.1. verſ.
Et sic,& verſ.Sed hoc casu & verſ.& quæ
Dec.d.conſ.311.num. 1. Ergo inter istos
successio datur. Et expressius quod inter
huiusmodi transuersales vsq; ad decimũ
5 gradum detur cognatio, & successio ✠ firmat Alex. in d. conſ. 174. in prin. iuncta
responsione ad contraria accedit Corn.
d. conſ.21.nu.7.in fi.Craſs. trac. succeſs.
§.fin.quæst.34. Qua ratione Carolus etiã
7 succederet ✠ ipsis materteris, vt ex Capręconſ.136. habetur, cum non sit ex damnato coitu concepta.

Quibus stantibus ad fauorem dictarum materterarum, concludo saluo saniori consilio.

Schenardus.

SVMMARIVM.

1 *Nemo in communione stare cogitur inuitus.*

2 *Communitas vna potest alteram ad diuisionem prouocare.*

3 *Iuri petenda diuisionis, non obstat immemorabilis communio.*

4 *Petitioni diuisionis nõ obstat consuetudo, pactum, nec arbitramentum, quòd res non possit diuidi vnquam.*

5 *Diuisio etiam de iure probibita, conceditur vbi timor est rixarum, vel discordia emergunt.*

6 *Commoditas, seu gaudimentum rei communis, quot modis diuidi possit proprietate remanente indiuisa.*

7 *Probibita diuisione nunquam censetur probibita diuisio gaudimenti, & vsus.*

8 *Actio communi diuidundo, nulli subijcitur præscriptioni, communi nomine quandiu res possidetur.*

9 *Diuisionis petitio & si durante communione præscriberetur, nihilominus causa superueniente conceditur, etiam præscriptione finita.*

10 Pactum diuisionis prohibitiuum in exsibus, quibus valet, causa tamen emergente non obstat.
11 Consensus si non obstat expressus minus tacitus praescriptionis.
12 Possessio praesumitur ex omnibus titulis qui praecedunt.
13 Meum non potest a me sine facto meo tolli.
14 Venditio sola non probat dominium neque possessionem, nisi constito de iure datoris.
15 Venditio sola nil probat in praeiuditium eorum, qui possident praecipuè tempore venditionis.
16 Emens aliquid ab aliquo, seu conducens, censetur fateri illud esse illius.
17 Dictio, seu reddit contractum incertum.
18 Contractus de quota incertus, non probat dominium, neque possessionem.
19 Contractus conceptus nominatinè de rata parte, vel de contingenti, est incertus, & quamquam plures non probant aliquod dominium neque possessionem, Decl. nume. 20.
21 Contractus de quota incertus, eò minus aliquid probat contra in possessione existentes.
22 Possessio interpretatur secundum titulum praeambulum.
23 Pluralitas instrumentorum neque ex maiori vsu, seu fructus perceptione praesumitur
24 Conductio rei propria praesumitur per errorem, & non valet; etiam quòd conducens sit in facto proprio, & 25.
26 Conductio rei propria, non transfert dominium, neque proprietatem.
eo. Nullitas conditionis rei propriae non purgatur sequentibus solutionibus.
27 Stante statuto quòd Emphiteota non possit alienare, vel ab alio inuestituram recipere de eadem re, si alienat, vel ab alio inuestitur non transfert ciuilem possessionem. & 28.
28 Emphiteota etiam secundum ius commune ab alio inuestitus non priuat primum possessione.
29 Emphiteota quemadmodum non potest alienatione praeiudicare dominio, ita nec confessione.
30 Ius pascendi quomodo, & quanto tempore praescribatur.
31 Sciens rem esse alienam est in mala fide, & non praescribit.
32 Omnis ex antiquitate praesumptio, & praescriptio, cessat si per ostensionem tituli contrarium apparet.
33 Praesumptio ex antiquitate admittit probationem in contrarium.
34 Inuestitura posteriores regulantur ad formam prioris.
35 Inuestitura sequentes diuersa a prima reformari debent secundum eam.
36 Sine Ciuili possessione non praescribitur, tanto minus contra ciuiliter possidentem.
37 Incola non est testis idoneus pro vniuersitate, cum, & ipse pascuis, & nemoribus frui possit super quibus producitur in testem.
38 Testis falsus in vno, praesumitur in omnibus.
39 Fortior probatio, maximè in antiquis, praeualet.
40 Exceptio rei iudicatae, non obstat super eo de quo non fuit in priori iudicio controuersum.
41 Exceptionem rei iudicatae in dubio non obstare iudicandum est.
42 Interpretatio non est sequenda, quae sententiam reddit iniquam, vel iniustam.
43 Ad iniquitatem sententiae euitandam etiã verba impropriantur.
44 Interpretatur sententia ex actis praecedentibus.
45 Sententia in dubio censetur se ad acta probatoria referre, & ab eis probationibus processisse, & 61.
46 Appellatio contra formam statuti ommisso medio non valet, nec delatio valet.
47 Etiam parte non opponente.
48 In dubio standum est regulae.
49 Quod Iudex declarat nemine instante non valet.
50 Sententia causa non cognita non valet.
51 Agitur ex confirmante non confirmata appellatione suspensa.
52 Ommissum a statuto a iure communi determinatur.

53 De

53 *De iure communi conceditur appellatio a duabus conformibus, etiam executione suspensa.*
54 *Nullitas resultans ex in obseruatione vnius statuti non censetur ab altero exclusa.*
55 *Euidens iniquitas, seu iniustitia, & notoria nullitas ex actis a pari procedunt.*
56 *Statutum excludens omnem nullitatem, nō censetur excludere notoriam ex actis.*
57 *Aduersus Conformes etiam executione suspensa, summariè de iniustitia earum, seu lęsione, precipuè ex noua causa, constito restitutio in integrum conceditur.*
58 *Falsitas in testibus detecta est iusta causa restitutionis in integrum.*
59 *Communitas, & minor a pari iudicantur.*
60 *Statutum prohibens appellationem, & de nullitate dici, non censetur tollere restitutionem in integrum.*
61 *Titulum suę possessionis quando quis teneatur ostendere.*
62 *Non exhibens qui tenetur, pro confesso habetur.*
64 *Consensus qui prastatur in alienationibus, habet vim inuestitura.*
65 *Licentia in possessionem intrandi, habet vim inuestitura.*
66 *Vassallus non cadit nisi caducitate per sententiam declarata.*
67 *Inuestitura nulla est de feudo alterius vassalli non caduci per sententiam.*

ARGVMENTA.

De interpretatione sententiæ, De Appellatione ommisso medio, De restitutione in integrum aduersus conformes, De exceptione rei iudicatæ quando non obstet, De Communitatibus diuisionem prouocantibus, De Venditionibus, & locationibus de quota incertis, De Venditionibus, & locationibus rei propriæ accipientis, De pręsumptione ex antiquitate temporis quomodo elidatur, De actibus, & contractibus, & confessionibus a Massariis factis in præiuditium domini, &c.

CONSILIVM LVIII.

HAEC EST FACTI SPECIES.

FVerunt antiquitus de monte Valceruij, & Aliis Alpibus in fęudum a Reuerendissimo Episcopo inuestiti Domini de Beccaria, Commune Fusinarum, & Colorinæ, Necnon etiam per separatam inuestituram Commune Caioli de medietate duodecimæ eiusdem montis, prout publicis inuestiturarum documentis constat: Anno 1533. antedicta communia Fusinarum, & Colorinæ litem diù super hoc monte nunc etiam con trouerso, & aliis montibus versam transigendo dictum montem assignauerunt dominis Ardizono Amadeo, & consortibus de Valleui tunc emphiteotis dominorum de Beccaria eiusdem montis, saluo iure illorum de Caiolo, & Consortum de Maneriis, interuentu, & assensu adhibito Reuerendissimi Episcopi, A qnibus Dominis Ardizono, & consortibus, atq; Maneriis Alij consorres de Pratis Bergomenses vēditionem habuerunt eisdem Becceariis cōsentientibus; Qui Bergomenses in possessione fuerunt prædicti montis computatis, Authorum temporibus per continuum hactenus immemorabile spacium, Quibus tandem etiam domini de Beccaria Episcopi accedente consensu, ius suum renunciauerunt, A quibus consortibus de Pratis denique secuta est eiusdem montis in manibus eisdem Communitatis Fusina rum consortis suę titulo transactionis post litem retractus prætextu motam restitutio, Saluo iure eorundem de Caiolo, Ipsa vero Communitas, cùm diù obseruauerit

uerit Caiolenses suæ quotæ prætextu, annuatim ficti exactione, & denique bestiarum numero plus quàm eis spectaret eo monte frui eos in iuditium prouocauit, vt de eorum iure, q. tunc ignorabat certior fieret; Qui Caiolenses in ius vocati inuesti turam suã de medietate duodecimę nunquam ostenderunt, Sed solis Instrumentis infrascriptis nixi sunt q. habuerũt, obripere. Primo produxerunt instrumentum venditionis cũ gratia factæ anno 1554. per eos Caiolenses d. Io. Petro filio D. Ardizoni nominatiuè de duodecima dicti montis, Item de omni iure eis competenti super residuo dicti montis.

Item Instrumentum locationis factæ per eosdem. suptis consortibus de Pratis nominatiuè de duodecima, seu de contingenti parte dicti montis anno 1574. pro ficto Duc. 12. in anno vel circa.

Item aliam locationem factam eisdem anno 1585. nominatiuè de illa parte sibi spectãti pro ficto Duc. 25.

Item aliam factam anno 1588. eisdem nominatiuè de sua contingenti.

Item aliam factam anno 1593. nominatiuè de sua contingenti pro ficto Duc. 26.

Deinde pro vltimis annis tribus probauerũt possessionem pro vaccarum 50. numero.

Probauerunt etiam ibidem eos habere, & ab annis 40. citra habuisse cassinam.

Probauerunt quoque q. circa annum 1570. ipsi ibidem fecerunt Cassinam cum vacchis 40. & plur.

Deduxerunt etiam testes de auditu dicentes q. in Valceruio habent duodecimam, & in Furno tertiam, Adiuncta tamen protestatione per eosdem Caiolenses facta, q. non intendunt quęstionem aliquam referre iuribus Fusinarum quominus suam portionem pacificè retineant.

Contigit tamen binis sententiis Ordinariis nempè, & Commissariorum fuisse pronuntiatum, Ipsos in possessione dicti montis fore continuandos pro numero vaccarum 40. & plur. Verùm cum tantis pro quotis cuiusq; ad ratam distributis nequeant in eo monte tota estate depasci, Consultius existimauerunt Fusinenses diuisionẽ montis prouocare, ne se inuicem, in communione monentes, vsu excessiuo perturbent.

Vnde de duobus præcipuè nobis quærendum est.

Primò an sententiandum sit diuisionem fiendam.

Secundo quantum sit cuiq; parti diuisione assignandum.

Adiutorium nostrum in nomine Domini.

AD primum, superfluitatib⁹ ommissis, affirmatiuè respondendũ attestor, Cùm
1 nemo in communione ✠ retineatur inuitus vulg. l. si non fortem §. si centum ff. de cond. indeb. l. si quis aliam ff. de sol. Mars. sing. 9. Dec. cons. 14. nume. 1. vers. comprobatur Ceph. cons. 466. num. 75. lib. 4.
2 Et in terminis ✠ nostris decisum est in Senatu Pedem. referente Thesau. decis. 71.
3 Etiam si inter eas immemorabilis ✠ steterit communio Ceph. cons. 466. nume. 77. & cons. 507. num. 31. Quæ etiam dissolui cõsuetudine pacto vel arbitramẽto phibe
4 retur ✠ Alex. cons. 18. lib. 2. Dec. in l. pen. nume. 23. C. de pac. Las. in d. §. si centum. nume. 6. Oldra. cons. 241. Cur. sen. cons. 52. num. 8. & num. 10. in fin. & cons. 68. num. 15. Alex. Rub. cons. 89. num. 9. & 10 Thesau. decis. 142. in prin. Ceph. d. cons. 507. num. 35. Multo magis in præsenti casu, quo propter imminentes rixas, & scandala iam interpositum est frid, & proclamatione armenta occidantur, Qui so-
5 lus ✠ discordiarum, rixarum, & scandalorum, Timor causa vrgens, & sufficiens est, deueniendi ad diuisionem, etiam aliter de iure prohibitam Paris. cons. 10. nu. 20. lib. 1. Cur. sen. cons. 68. num. 14. in fin. Alex. cons. 7. num. 8. lib. 5. Quibus additur satis ad rem Soc. sen. consil. 68. numero 55. vers. nono, respondetur lib. primo & consil. 278. in fin. lib. 2. Rui. consil. 29. numero 18. lib. 5. Quamobrem concludo diuisionem, quæ proprie ad maioris pacis securitatem ordinatur esse concedendam. Quæ conclusio Fortius

procedit

procedit eum & diuisionem esse commodam in facto supponatur.

Verùm,&si,quòd nõ conceditur, illa per terminos,& lapides erigendos materialis diuisio esset incommoda, Tamen diuisio vsus,& gaudimenti, altero de plur.modis
6 + traditis per Cur. sen.cons. 68. num. 14. & Decia.cons.22.num.31.lib.5. esset ine
7 uitabilis + vt puta alternis possidendo temporibus, vel aīt Ias. in l. stipulationes non diuiduntur nu.13.de verb. obl. Rom.cõs. 106.num.4. Alex.cons.7. num.5.& cons. 25.num. 8.lib.5.Soc.d.cons.278.num.2. Cur.sen.cons.68. nume.13. vers.quinto, Rol.a Valle cons.80.nume.27. & seq.lib. 1. Etiam sine causa,Soc. iun. cons.79.lib. 1.num.11.

Quæ præsens communi diuidundo actio(ne quid intactum prætercam) nulli præscri-
8 ptioni + supponitur, Crau.cons.60.num. 1.Rui. cons.151.num.10.lib.4. Ceph.d. cons.507.num.32.

Et licet aliquibus placuerit, ad similitudinē negatiuæ seruitutis, præscriptionem aduersus hanc actionem tunc incoari,& currere, cum semel requisita contradictum fuerit, tamen quicquid sit de eius opinionis veritate,illa hic cessat, tum quod talis requisitio,& contradictio nunquam præcessit, tum quia, causa tanti timoris supra allegati superueniente, diuisio rectè peti-
9 tur etiam + præscriptione finita Faber in §. quædam num.3.instit. de action. Sicut & virtus pacti in casibus in quibus valet
10 causa emergente + cessat Rub. cons.89. num.8. Alex. d.cons. 18. Crau. cons.60. num.1.Soc.sen.cons.278.num.13.allegato Vnde quod efficere non potest consen-
11 sus expressus pacti, minus tacitus + præscriptionis,Soc.sen. cons. 86. num. 12.& 16.lib.1.

Quibus stantibus firma manet affirmatiuè resoluta ad primam quæstionem conclusio.

Nunc vero, secundam capiens quæstionem, decisiuè respondeo attendendum esse, quid,& quantum ab Episcopo Montis patrono, vel ab habentibus causam ab eo vtramq; Communitas acquisiuisse ostendat,& acquisitionum tenorem sequens Iudex vnicuique quantum ostendunt diuidendo tribuere debet, Præcipuè vero Cõmunitati Fusinarum assignandum dico quantum acquisiuisse ipsa publicis instrumentis,cum Episcopo, & Vasallis de eius consensu celebratis ostendit, Cum eius iuri Communitas Caioli nullam litem, nullamque controuersiam referri iam publicis actis fuerit professa, Cui protestationi cõsequēs est, vt Fusinensibus sine aliqua diminutione quantum instrumētis acquisiuisse ostendunt diuidendo assignetur. Quòd,& partis protestatione cessante nihilominus esset faciēdum, cum acquisitionibus possessio immemorabilis iungatur,
12 quæ ex omni eorum titulo + præsumitur secuta Boer. decis.42. num. 37. Vnde iniquum & iniustum esset ipsis diminuere q & Dominio,& continua possessione pro-
13 batur esse suum + iuxta reg. ius nostrum, ff.de reg.iur.

Et hæc decisio ex sequentibus resolutionibus redditur planior,& manifesta.

Non ob. modo quòd Caiolenses nitantur vltra portionem eis ab Episcopo in sua feudali inuestitura concessam, sibi maiorē, ad diminutionem partis Fusinensium,portionem adiudicari ex enumeratis assertis probationibus supra recitatis, quibus singulis ex eodem ordine respondeo.

Et primo ad instrumentum venditionis anno 154.factæ qua enunciatur duodecima & ius super residuo a Caiolensibus venditum,respondetur, quod res est inter alios acta,cum tunc emptoris pater iam ius suū Consortibus de Pratis Fusinensium datoribus vendidisset, Quibus quemadmodū nec d.Amadeo, & Maneriis consortibus, præiudicare emendo non poterat toto tit. C.res inter al.acta tert.non præiud.Osasc. dec.157.nu.7.Quod sic euidentius ostenditur, Ponamus,quòd tunc emptor egisset contra possessores montis,vt eum permitterent venditionis virtute duodecimā & aliquid residui possidere,cui possessores opposuissent non cõstare de iure Datorū An ipsa venditio sufficeret ad fundamētū agentis? nequaquam quisq; respondebit, nisi constito de iure Datorum, Ergo nil

præiudicat ad diminuendum ius, quod Fu
sinenses acquisitum ostendunt, Consequē
14 tiæ ✠ Testis est Purpu. conf. 81. num. 22.
lib. 1. & Viu. decis. 111. num. 2. Qui scri-
bunt venditionem non, nisi constito de iu-
re vendentis, probare dominium, neque
15 possessionem, Maximè ✠ aliis in possessio
ne existentibus, vt tunc erant iuris sui Pra
ti, & cōsortes Hier. Mago. decis. 38. Luc.
nu. 15.

Necobstat (supposito etiam, q; tunc emptor
habuisset partem in monte cum ceteris
suis consortibus) si saltem in vim confes-
16 sionis probare dicatur ✠ vt arguit Purpu.
cons. 66. num. 12. lib. 1. Quia Responde-
tur q; nihilominus intentio ex eo asserto
fundamento corrueret ex secunda, & ter-
tia responsione inferius ad locationes fa-
cta, quæ ad contractum venditionis etiam
communis est, vt probatur in eisdem iur.
sub eismet responsionibus allegatis, quæ
de venditione quoq; loquuntur, Et pro-
batur ex communi conclusione iuris ven-
ditionem scilicet, & locationem ab eisdē
regulis æqualiter determinari Plott. cons.
56. nu. 1.

Non obstant locationes, quæ supra enumera
tæ sequuntur, Quia respondetur ex eis nō
probari ius Caiolensibus competere vltra
quotam in sua fœudali ab Episcopo inue-
stitura concessum, ad præiuditium præci-
puè partium, quæ Fusinensibus, seu datoti
bus suis spectare ostendunt, Tum quia
sunt omnes de quota incertæ, nam secun-
da, tertia, & vltima sunt de contingenti, &
seù de illa parte sibi spectanti conceptæ,
Similiter incerta est prima quæ licet duo-
decimam primo exprimat, addita tamen
17 alternatiua, seù de contingenti, reddit ✠
quotam incertam Alex. cons. 50. num. 10.
lib. 5. Cotta in suis memor. in verbo seù, de
quo est tex. in l. vbi autem §. qui illud ff.
de verb. obl. Ex quibus quidem contracti-
bus de quota incertis nullum dominium,
18 neque possessionem probari ✠ textus est
in l. 3. §. incertam & l. locus ff. de acquir.
poss. Paris. cons. 55. in prin. lib. 1. Ceph.
cons. 159. num. 1. & seq. Burs. cons. 198.
num. 15. Mago. qui in term. loquitur, quā-
19 do de rata, vel contingenti ✠ contrahitur
decis. 20. num. 13. & decis. 21. nu. 1. Lu-
cens. Rota Luc. Camil. Lepi. relatione de-
cis. 26. col. 2. vers. secundo.

Quòd intelligo nisi probatione iuris locantis
20 ✠ declaretur Rol. cons. 46. nu. 67. lib. 3.
Boer. decis. 42. nu. 25. & 26. Fab. de Mon.
trac. de emp. & ven. quæst. 6. princ. nu. 29.
Ioseph. Lud. decis. Luc. 54. nume. 7. & 8.
Rol. d. cons. 46. nu. 21. & 24. lib. 3. & Pur-
pu. qui de plur. locationibus loquitur cōs.
140. num. 21. lib. 1. Maximè aliis in pos-
21 sessione ✠ existentibus Mago. decis. 38.
num. 15. Rotę Lucen. Idem Purp. consil.
43. nume. 12. lib. 1. Cùm autem exhibi-
tione suæ inuestituræ de sola medietate
duodecimæ legatur, consequens est, vt
eorum incerta possessio ad causam illam
22 ✠ præambulam referatur l. 2. C. de acq.
poss. gl. in l. quædam mulier ff. de rei ven
di. Soc. cons. 220. nu. 10. lib. 2. Becc. cons.
6. num. 8. & 9. & cons. 13. num. 2. & cons.
94. nu. 5. Et adeo ex eo solo titulo præam
bulo pręsumitur sequens eorum possessio,
vt nec ex maiori vsu & fructuum percep-
tione pluralitas instrumentorum, & titu-
23 lorū ✠ præsumatur Alex. qui in fortiorib⁹
loquitur cons. 113. lib. 1. Decia. cons. 11.
num. 38. lib. 1. Achil. Pedroc. cons. 36. nu.
94.

Tum etiam non obstant assertæ locutiones,
si etiam ad partes conductorum se exten
derent vltra quantum in sua inuestitura
Caiolenses in feudum habent. Quia cum
in eo essent locationes de re propria con-
ductorum consequenter sunt nullæ in ea
24 parte ✠ propter præsumptum errorem l.
neq; pignus ff. de reg. iur. in l. suæ rei ff.
de contra. emp. l. qui rem propriam & l.
ad probationem C. loca. Cur. sen. cons. 70.
num. 2. Paris. d. cons. 55. nume. 12. & 13.
Ceph. cons. 159. nu. 5. Mago. decis. Luc.
20. num. 19. Natta cons. 26. lib. 1. num. 1.
Alex. Imo. cons. 69. nume. 7. & 11. lib. 5.
Alex. Raud. cons. 1. num. 484. lib. 2. Qui-
bus in locis præcipue Natta, & Alex. Imo.
tradunt, id verum, etiam quòd error sit in
25 facto ✠ proprio; Sic. n. nec rei alienæ lo-
catio valet l. si tibi la 2. ff. loca. Paris. d. cōs.

55.

55.num.12.Ceph. d.conf.159. nume.6.
Mago.d.decis. 20.num.18. Præmissaque
nullitas contractus rei propriç conducto-
ris,propter errorē præsumptum, est adeo
magna,vt nec dominium, nec possessio ✠
ex eo transferatur, quæ saltem non possit
26 recuperari Alex.d.conf. 69. num. 6. & 7.
& 12.per l.si eum,cum glo. de don. inter
vi.& vx̄. & l.iubemus,§. sanè el 1. C. de
sacrosan.eccl. Qui Alex. optimè ad rem
nostram,subdit num. 8. & sub nume. 12.
vers. & per prædicta,quòd nullitas prædi
cta obstat etiam quod sequentibus solutio
26 nibus locator ✠ recognitus fuerit,cui con
cordat Natta cons. 26.num.7.lib. 1.

Respondetur præterea ad eosdem cōtractus,
Quòd cum essent Bergomenses Emphi-
teotæ Dominorum de Beccaria,& vassalli
Reuerendiss. Episcopi non poterant, nec
conducendo, nec emendo, nec confiten-
do, nec aliter desinendo possidere, nec vl-
lo modo de re feudali,& emphiteotica di-
sponere, vt statutis cauetur cap. statuti
208.& 219. Quibus statutis stantibus nul
27 lam ciuilem possessionem ✠ potuisse trās-
ferri docet Castr. in l. is cui bonis num. 3.
ff. de verb.obl. Rui.cons.137.num.4.vol.
1.Crott. cons.278. num. 4. lib.2. Quod
etiam in terminis iuris communis verum,
ne Massarius ab alio reconducens primū,
a quo inuestitus est, possessione posset pri
28 uare ✠ cum præsumatur inscius, tradit
Mago. decis. 38. Lucens.num.17.& 18.
cum aliquot sequen. vbi infert ad statuta
nostra, Purp.cons.71. num. 69. lib. 1. qui
29 de confessione loquitur ✠ Sed frustra in-
feruntur suprascriptæ binæ responsiones
eū locutiones vti de quota incertę, ad solā
suæ inuestituræ quotam restringantur ex
allegatis supra.

Non ob. asserta possessio annorum trium p-
ximorum numeri vaccarum 50. Quia illa
ad præsens petitorium pertinet, cum ex
triennali sola possessione non quæratur ali
quod dominium nec irreuocabilis posses-
sio, præcipue in casu isto ex s̄ allegatis &
obstante mala fide de qua infra suo loco.

Non ob.quòd in eo monte adsit eorum cassi-
na, Quia respondetur ex eo nil ad quotā
inferri, cum & ad minimam partem,& ad
minimū vacarum numerum seruire pos-
sit, vt iam in processu probatum est solis
vachis 7. vel 8. Cassinam sæpe fieri.

Non ob. quòd circa annū 1570.fecerint cassi
nam vacarum 40. & plur.num. Quia re-
spondetur contrarium imo probari instru-
mentum locationis primo, quo constat tūc
à Bergomēsibus eorum Caiolensium por-
tionem titulo locationis fuisse possessam,
& consequenter, quod testes asseruerunt,
non esse verum,

Respondetur secundo, & si verum nil inde
propterea ad quotæ amplitudinem infer-
ri, cum in huiusmodi pascuis nil nisi lōgissi
mo tempore& continuata vniformi pos-
30 sessione † præscribatur Castr. conf.361.
num.2.lib.2. Achil. Pedroch. conf.36.nu.
356.Addit. ad Mago. decis. 46.Lucen.&
traditur per Doc. in l.celsus, ff. de vsucap.
& Paris. cons.27. per totum lib. 1. Posses-
sio eorum autem difformis est, & varia,
nam modo perceperunt lib.16.pro ficto,
modo duc. 12. modo 25.modo ascende-
runt cum bestijs, ita ut inde incassum par-
tem Bergomensium præscripsisse conten-
dant; Multò magis cum & de mala fide
31 eorum euidenter appareat, ✠ scientes
partem suam, & alienam annuatim cre-
scendo quærentes, quam ante ipsos possi-
derunt Bergomenses, Io. Montesp.consil.
166. nu.7. & 8.cui adde allegatos s̄ cons.
29.nu.2.& 3. Facit ad hoc conclusio ista,
quòd omnis etiam ex antiquitate præsum
32 ptio, & præscriptio ✠ cessat quoties de ve
ritate, per ostensionem tituli, in contrariū
apparet Francus decis. 166.num.9. Achil.
Pedroch. cons.36.nume. 381. Crau.trac.
de antiq. temp. par.4.glo. incip. absolutis
nu.60. vers.contrarium Alex.Raud.cons.
2.num.24. lib.1.& cons.1.num. 472. lib.
33 2.Est.n.præsumptio quæ ✠ admittit pro-
bationem in contrarium Paris. cons. 27.
num.120.lib.1.Pedroch. cons.36.nume.
378. Cùm ergo de vtriusque Communi-
tatis partibus, & quotis ex instrumentorū
exhibitione appareat, non est vlterius per
difformes, & incertos actus vagandum.

Hinc est, quòd voluit Purpur. cons.85.num.
21.

21.lib.1.posteriores scilicet recognitiones
regulandas ad formam prioris tituli, &
34 omnia ad eum esse referenda + a quo originem
capiunt. Ad quod etiam pertinet
quòd tradit Dec. conf.185. num.3.in fi.
vbi inquit quòd in feudis determinandis
semper quod medio tempore contingit
35 + reformatur ad tenorem primæ inuestituræ
Pedroch.d.conf.36.nu.98.
Ex quibus constat cessare præscriptionis prætextum
ex ipsis incertis varijs,& difformibus
actibus, præcipuè cum emphiteotis,
& vasallis celebratis,qui non possunt quoquomodo
vel contrahendo, vel tacendo
præscriptioni consentire,Tantò magis cũ
& ꝓprio nomine semper steterint in possessione,quam
s̃ vers.quod,& partis, probaui
ex omni eorum titulo præsumendũ;
Cùm ergo & ipsi possederint ius suum sẽper,non
potuit contra eos aliquid præscribi
per Caiolenses ex separata propter suã
contingentem possessionem, cùm de suis
36 partibus ciuilem + præcipuè, Bergomenses
retinerent vt s̃ sæpe probaui Dinus in
regula fine possessione num.30. & seq. cũ
alijs allegatis per Pedro.conf.36. nu.355.
Io. Montesp.conf. 166.num.6.
Non obstant testes de auditu qui de quotis
Caiolensium deposuerunt. Quia respondetur
primo eos nil probare,qui sunt eiusdem
communitatis incolæ, quibus eadem
37 est, quemadmodum originarij + pascui
commoditas,Petrus Surd.conf.65.num.4
& 8.lib.1. Respondetur secundò in aliis
partibus fuisse falsos, quibus parsmet ipsa
38 renunciauit,Qui propterea in omnibus +
tales præsumuntur Alex.conf.93.num.9.
lib.5.Cotta in suis memor. in verbo testis
fides Doc.in l. si ex falsis C. de transact.
Respondetur tertio ex probationibus contrarijs,
per testes,per instrumenta, & alias
probationes destrui, cum, & quando in
39 antiquis versamur fortior probatio + præualeat
vt Crau. tradit tractatu de antiqu.
temp. par. prima sect. propositum numero
35.
Non obstat finaliter, quod binis sententijs
fuerint in possessione pro numero quadrigenario
vacarum continuati,Quia respondetur
eas ad præsentis quæstionis resolutionem
non pertinere, quominus communitati
Fusinarum in hoc communi diuidũdo
iudicio assignẽtur partes, quas emptas
& aliter legitimè quæsitas habere ostẽdit,
Viceq; versa quominus Caiolẽses residui,quã
sua feudali inuestitura probant, assignatione
stent contenti, in quo residuo eum
numerum conducant, & maiorem quantum
volunt,Nam de partibus Fusinensiũ,
nulla controuersia fuit nullaq; decisio facta
est, Sed illesæ Caiolensium protestatione
demissæ fuerunt, Quibus partibus
deducendis non potest propterea obstare
rei iudicatæ exceptio, Cum inquam de
partibus eorum nulla apud priores iudi-
40 ces quæstio + fuerit l.si quis cum §.& quidem,&
l.cum quæritur iunctis duabus sequentibus
ff. de excep.rei iudic. Bellam.
conf.18.num. 5. & apertius tradit Surd.
conf.114. num.21.lib.1. Ad quas partes
nec per tacitam consequentiam deduci
potest rei iudicatæ exceptio, cui expressa
partis protestatio repugnat.
Accedit, quòd nec eadem actio, nec idem
ius agitur in vtroq; iudicio, nam in primo
id in causa versabatur an ius aliquod Caiolensibus
competeret,& quot bestiæ possẽt
in eo monte depasci, vt inde numerus sub
diuideretur. In hoc vero de diuisione ꝓprietatis
pro rata cuiusq; partis integralis
agitur, Rursus ibi de iure suo hic de iure
nostro, quod tunc extra litem erat,agitur
Et sic abesse debet rei iudicatæ exceptio,
vt iur. eisdem supra allegatis probatur, Et
in dubio semper iudicandum est rei iudi-
41 catæ exõnem + non obstare Dec. consil.
445.num.44.Fab.de Anna conf.17.num.
38. Respondetur secundo in eodem iudicio,
ab eis Caulensibus per suos testes deductum
fuisse, quòd etiam Bergomenses
ascendebant cum vacis 300. Elueticis, &
quòd vacca vna Heluetica tantum pascit,
quantum nostrarum tres pascere possunt,
quæ consequenter numerum nouem centum
releuarent,cui numero si suæ quadraginta
addantur, cuiusque communitatis
quotas easdem ferè constituunt, Ita vt
nec eius numeri prætextu possint maiorẽ
quotam

quotam diuidendo consequi, nec etiam Fusinenses minorem habere illa, quam sua iura ipsis spectare ostendunt.

Quòd si eas sententias aliter interpretaremur, vt scilicet voluerint Iudices eo numero Caiolésibus quartá, vel quintá adiudicare, put re uera ad minus quinta esset, & plures essent Fusinensibus partes ablatæ, eas admodum iniustas, iniquas, & erroneas redderet, Quæ ideo interpretatio,
41 non est ✠ in dubio sequenda Menoch. li. 2. præs. cap. 88. num. 2. Afin. praxi. Iud. §. 32. ampl. 7. num. 2. Imo ad tantam absurditatem euitandam etiam verba impro-
43 prianda sententiæ ✠ docet Cresc. de sent. & re iud. decis. 6. num. 4. Ideo sequenda
44 est prior interpretatio quæ ex actis ✠ resultat Purpu. cons. 6. num. 13. & cons. 151 num. 5. li. 1. Et ad quæ acta eo magis pba
45 toria ✠ in dubio relata censetur Vant. trac. null. tit. ex deff. proc. num. 105. Et data etiam contraria interpretatione, Tamé adhuc non obstarent, cùm secunda nulla sit vti lata a Superiore ommisso medio, cui ex forma statutorum, apud nos etiam vsu recepta, prius cognitio deferéda erat. Et ad cuius formam pars met ipsa Caiolésis appellauit, propterea sententia nulla est a Commissariis lata, quibus non potuit contra formam statuti ommisso me-
46 dio ✠ deferri tex. in c. delecti de appell. l. imperatores, ff. de appell. & traditur pro regula per Maran. de ord. iud. par. sexta gl. & quandoque appellatur nume. 368. Fran. Marc. Delph. decis. 281. num. 4. par.
47 prima, Parte etiam non opponente ✠ Dec. & Imo. in d. c. dilecti quos cum alio refert Couar. prac. quæst. c. 4. nu. 9. Et in terminis, qđ sit nulla stantibus statutis de appellatione ad certos Homines deferenda, & coram eis intra certum tempus introducenda prout nostra disponunt, tradit Lancill. trac. de atten. par. 2. cap. 12. lim. 50. nume. 223. plurium authoritate, Cùm. n. non sit seruata forma statuti consequés est vt nulla dicat, Osas. dec. 165. Et licet quosdá casus subdat Mará. vbi supra quib. appellatio tenet ommisso medio, tñ non procedunt in casu nostro quo nó pars appellauit omisso medio, sed imo ritè appellauit, Sed Iudices ipsi eam sic nemine petente detulerunt, quo in casu cum limitatione s Marantæ, & aliorum non loquãtur, non est a regula præmissã recedendũ
48 iuxta regulam traditam ✠ Ias. in l. a diuo pio nu. 7. ff. de re iud. Quinimo probatur casum sub regula manere ex traditis per Ias. in l. properandum §. & siquidem num. 4. ff. de iud. Dicentem quod sententia nul-
49 la est nemine † instante facta.
50 Nulla est pterea ✠ quia parté non audiuerunt, nec iura viderunt aduersæ partis, & consequenter abfuit causæ cognitio Vant. trac. null. tit. ex deff. proc. nume. 31. & 36. Qui num. 34. dat exemplum cum vna die exhibentur iura, Die verò alia fertur sententia, Multo ergo magis hæc nulla est, Quæ iuribus non visis facta est.

Cùm ergo illa nulla sit, non possunt rei iudicatæ sortiri effectum, cum ex secunda có-
51 firmante sit agendum, ✠ prima per appellationem suspensa, vt tradit Crescen. decis. prima de sent. & re iud. num. 2. qui de conformibus loquitur.

Nec obstat si ex statuto cap. 97. dicatur aduersus eas vti conformes non posse de nullitate dici, Quia respondetur statutum (ab eius ordine arguens) loqui de sententiis medio non ommisso latis, Eo vero ommisso non disponit, ergo id est ex iure có-
52 muni determinandum ✠ secundum stat. 2. in ciu. & cap. 105. in crim. & l. commodissime, ff. de lib. & posth. cum vulgatis, Quòd verò ius commune tertiam etiam
53 executione suspensa ✠ concedit clem. vt calumniis vbi Doc. de re. iud. Imo nullitatem ex forma statuti non seruata resultan-
54 tem, disponit ✠ non censeri exclusam, Anch. quæst. fam. cap. 43. Fran. Milan. Decis. Regiæ Curiæ Sicil. 13. num. 10. lib. 2.

De quibus sententiis sic informiter latis, & si diceremus statutum prædictum idem disponere, attamen adhuc non obstarent, si vltimam sequeremur interpretationem, vt eis concedendo quintam censeantur Fusinésibus tot suas partes ademisse, Quoniam euidens, & manifesta esset impia iniquitas,

quitas, quæ a pari procedit cum notoria
55 nullitate ex actis resultante, ✠ vt authoritate Rebuffi, & aliorum probat, & tenet Osasc. decis. 142. nu. 33. in fi. Et quæ non obstante dicto, vel simili statuto, & lege
56 excludente nullitatem, semper ✠ censetur admissa Natta cons. 172. num. 5. lib. 1. Alex. cons. 33. in fi. vol. 1. & cons. 77. nu. 15. & cons. 186. num. 13. vol. 2. & consil. 106. num. 27. vol. 3. & cons. 83. num. 9. & cons. 105. nu. 4. vol. 5. & in l. de pupillo §. quod opus nu. 7. ff. de ope. nunc. & in l. 4. §. condemnatum num. 7. vbi Ripa nu. 15. & seq. de re iud. Rui. cons. 196. num. 13. lib. 1. Rom. cons. 42. num. 2. Osasc. d. decis. 142. num. 33. Lanfr. de Oria in c. quando contra in verbo interlocutorie num. 43. de prob. Pap. in for. lib. quo agitur pro execu. sent. in prin. nume. 5. Areti. cons. 75. in fi.

Quibus etiam cessantibus nullitatum remediis, saltem in integrum restitutionis remedio communitatis Fusinarum aduersus eas sententias, earumq; executione in suspenso manente succurrendum, summarie de iniquitate, & læsione, præcipuè ex
57 noua causa constito, nemo ✠ dubitabit, & decisum est Capel. Tholos. quæst. 54. Cassa. d. deci. 1. de rest. in integ. Rota decis. 1. in nouis de rest. in integ. nu. 2. Fran. Marc. Delph. decis. 54. par. 2.

Noua autem causa vna supponitur scilicet
58 testes, quibus vsi sunt, de falso conuici ✠ Vant. trac. null. tit. ex deff. processus num. 132. & sequentibus, Quibus in locis ad materiam restitutionis allegatis licet de minoribus loquatur, Idem tamen erit de
59 Communitate, ✠ quæ eodem iure vtitur l. respublica, C. ex qui. cau. maio.

Hacq; vt nil intactum prætereamus, restitutione læsus succurritur etiam non obstante statuto appellationem vel nullitatem ex-
60 cludente ✠ vt latè scribit Becc. cons. 12. num. 72. & seq.

Verùm, vt, vnde digressi sumus, reuertamur, in eo præcipuè insistimus, in ea interpretatione sententiarum prædictarum insistendum esse, quam supra primo dedimus ad euitandam tantæ iniustitiæ absurditatem, cùm etiam illa interpretatio ex actis, & probationibus de nouemcentum vaccarum computo, testibus asserto, descendat, &
61 quas probationes Iudices in dubio ✠ secutos esse probat tex. in c. cum i. & A. ibi eorum dicta extra de re. iud.

Quibus omnibus stantibus concludo supra deductis parte Caiolensium non obstantibus, in hac proprietatis diuisione fienda, assignandum esse vtrique Communitati quantum de dicto monte legitimis titulis ab Episcopo vel habentibus ab eo causam Vtraq; Communitas acquisiuisse ostēdit, Et præcipuè Communitati Fusinarum assignandas esse partes suas, partis aduersæ supradicta protestatione in tuto constitutas, Cùm etiam earum assignatione Caiolensium portio, de qua in eorum feudali inuestitura non minuatur, Quod præcipuè verum existimo, vbi maioris partis titulum non exhibeant, quoniam licet neminem teneri suę possessionis ostendere titulum stet regula, tamen quando contra eum, vt in casu isto tot obstant probationes, & præsumptiones, & coniecturæ illū
62 ostendere ✠ tenetur Achil. Pedro. cons. 3. nu. 124.

Et qui, vbi non ostendat, nullum aliud ius ha-
63 bere pro confesso ✠ habetur, vt consuluit Purpu. cons. 266. num. 5. lib. 1. Pedro. cons. 4 nu. 47. Et ita prout supra in vtraque quæstione conclusum est, Dico, & cōsulo præcipuè assertarum sententiarū nullitate, & restitutione in integrum vt supra cumulata.

Nec difficultatem facit si dicatur fortasse partes Fusinensium saltem aliquas Episcopo esse deuolutas propter non renouatam inuestituram sub posterioribus Episcopis, De quibus partibus fortasse vti deuolutis Hominem quemdam inuestiuerit, Quia respondetur, quòd cum de inuestituris primis constet, & quarum loco etiam sufficit
64 consensus, ✠ qui in alien. præstatur Lanar. cons. 8. & 13. Rota Lucen. decis. 48. Camil. Lep. relat. Quemadmodum, & li-
65 centia in possessionem ✠ intrandi Alex. Raud. cons. 2. nu. 311. lib. 2.

Non potest hos sibi opponi, caducitate prius

per

66 per sententiam ✠ non declarata Ias. in l. si quis iniquum §. quod autem num. 5. ff. qd quisq; iur. Soc. sen. cõs. 66. nu. 19. lib. 3. Ioseph. Lud. decis. nona Lucensi, nu. 9. Petrus Garsia mutab. suorum dicto. 141. Alex. Raud. cons. 1. num. 504. lib. 2. Thom. Gram. decis. 105. num. 59. Clar. in 5. feudum quæst. 49. ver. item quæro.

67 Et eo non caduco nulla est inuestitura ✠ quæ alicui de feudo ipsius fiat Natta cons. 509. num. 7. & cons. 636. num. 18. Calca. cons. 127. num. 4. ad fi.

Schenardus.

S V M M A R I V M.

1 *Dictio, omnia, nihil reliquit exclusum.*
2 *In vniuersale obligatione cõtinetur id quod quis non fuisset in specie obligaturus, Contra num. 54.*
3 *Societas contracta dicitur ex mutua obligatione conferendi omne lucrum, & damnũ.*
4 *In societate veniunt salaria, & stipendia conferenda.*
5 *Testator si disposuerit filios ad tempus in cõmunione manere, & omne lucrum conferre, an vnus medicus conferat suas mercedes.*
6 *Instrumentum præsumitur verum solemne & rogatum.*
7 *Instrumentum probatio est probata.*
10. *Actum in dubio valere iudicandum est.*
Actio personalis annorum 30. cursu perimitur.
8 *Statutum de obligationibus præscribendis in annis 12. cũ communi vsu loquendi de publico instrumento contractis intelligendum.*
9 *Exactio in dubio censenda ex causa antiquioris crediti.*
10 *Causa semel compromissa debet iterum compromitti. Decl. num. 43.*
11 *Prorogatio facilius conceditur, quam noua concessio.*
12 *Differre quodcumque tempus iudici esse arbitrarium.*
13 *Interesse tam lucri, quam damni deberi a debitoribus.*
14 *Solito lucrari lucri cessantis interesse debetur.*
15 *Liber Mercatoris quam probationem faciat. & num. 16. 50. 51.*
17 *Salarium Medici est eius proprium quamuis filij familias.*
18 *Medicus non confert mercedem fratribus etiam socijs.*
20. *Omne lucrum, & damnum est inter socios communiter diuidendum.*
19 *Dispositio testatoris iudicari debet iuri communi in dubio conformis.*
20 *Verba semper sunt interpretanda ne iniquũ sequatur.*
21 *Iniquitas est cum aufertur quod proprium est alicuius.*
22 *Verba etiam vniuersalia, magis tollerantur nihil operari, quam quòd quis damnum indebite patiatur.*
23 *Quod non est communicabile non continetur in generali sermone conferendi, nisi de eo fiat specialis mentio, & 24.*
25 *Dispositio generalis non refertur ad casum specialem, de quo non est facta specialis mentio.*
26 *Pactum societati adiectum inequalitatem continens non valet.*
27 *Scriptura qua aliquid conceditur per relationem ad cõtenta in alia scriptura, nihil tribuit, nisi quod ex scriptura relata legitur.*
28 *Referens nunquam probat sine relato, nisi referens sit explicitum.*
29 *Testis se referens ad aliquam scripturam nil nisi quòd ex ea scriptura constat ipse probat.*
30 *Verba præfationis declarant actum sequentem.*
31 *Cessionarijs in odium eorum non datur actio vltra summam pretij cessionis.*
32 *Cessio sine solemnitate statuti non valet.*
33 *Cessionis contractus vnde cognoscatur.*
34 *Contractus iudicatur ex eo quod deducitur in eo, non ex verbis.*
35 *Verba in statutis sunt proprie intelligenda.*
36 *Obligatio quid sit propriè.*
37 *Statutum ex identitate, & maioritate rationis*

tionis etiam correctior iam recipit latam significationem.

38 *Nomine proprio quilibet aliquid facere praesumitur.*

39 *Rebus proprijs potius quam alienis quilibet consulere praesumitur.*

40 *Commune proprium est vnicuiq; vsque ad suae partis exactionem.*

41 *Solutio praesumitur in causam minus contentiosam.*

42 *Solutio praesumitur potius in causam solui magis consuetam.*

44 *Prorogatio compromissi est contractus.*

45 *Compromittere non cogimur magis in vnū, quam in alium.*

46 *Prorogatio, quae incipere debet finito compromisso, non valet.*

47 *Compromissum habet eandem instantiam, quam habet causa ordinaria.*

48 *Instantiam Iudex prorogare non potest, & prorogatio sine appellatione est nulla.*

49 *Ante moram interesse non debetur.*

52 *Iuramentum in supplementum non datur haeredi succedenti in factum alterius.*

53 *Principis Decretum vim habet legis.*

55 *Societas est simplex, nisi dictum sit, quòd lucrum ex quacumq; causa communicetur, quae simplex non continet lucra quasi castrensia. & 56.*

57 *Praesumptio cedit veritati.*

58 *In eo, in quo statutum loquitur non est quaerenda alia iuris decisio.*

59 *Statutum interpretatur secundum communem vsum loquendi Iuristarum tempore, quo statutum factum est, & 60.*

60 *Vsus communis loquendi debet probari ab allegante.*

ARGVMENTA.

Colliguntur ex quaestionibus post thema consilij in praefatione enumeratis.

CONSILIVM LIX.

FACTI SPECIES.

Dominus Petrus Antonius Merulus praetēdens mercedem Excell. D. Medici Meruli patrui sui contractam ante diuisiones fuisse inter eum D. Medicum, & suos fratres cōmunem virtute testamenti D. q. Io. Matthaei eorum patris, In quo, inter caetera ordinauit, quòd omnes filij sui, simul in cō munione viuerent vsque quò D. Maphius, & alter, fratres minores ad aetatem peruenissent, & interim omne lucrum, & delucrum esset commune inter ipsos, Et virtute Arbitramenti, In quo talia verba leguntur. Item saluis praemissis praefati D.
„ Arbitri ordinauerunt &c. quòd omnia credita, & debita per eos contracta durante
„ communione soluantur, & exigantur per
„ eos omnes fratres, & quemlibet eorum ae-
„ qualibus portionibus. Praetendens inquā ex praedictis eam fuisse communem. Petit lib. 2200. imper. quas de ea mercede asserit fuisse exactas a praefato q. D. Medico, & ei petenti spectare, Tum ex persona sua pro tertia parte, Tum etiam ex personis D. Maphij, & filiorum quon. D. Petri Antonij Meruli, a quibus asserit habuisse venditionem.

In qua causa Mag. D. Arbiter assertus nixus est assertum proferre arbitramentum, virtute asserti compromissi per Illust. D. Gubernatorem, ea D. Martha inuita, & contradicente, prorogati.

Petit etiam lib. 2000. imper. ex causa crediti Aromatariae, iam, vt asserit, contracti annis duodecim, & pluribus, pro sueque intentionis fundamento; produxit diuersos libros dictae aromatariae. Modo superinde longo instructo processu, de pluribus disputari contingit.

Primo an, propter allegatum testamentum, & arbitramentum credita praefati quon. D. Medici ex sua arte ante diuisiones cōtracta sint fratribus communicanda vel ne.

Secundò

Secundo an allegatus venditionis, seu cessionis titulus valeat, vel ne.

Tertio cum exactiones iam 25. & pluribus annis contigerint, an ei D. Petro Antonio agenti obstet statutum Vallistellinæ cap. 165. de creditis post annos 12. non petendis.

Quartò, an & quomodo esset dictarum exactionum facienda distributio, quæ potest ad plura referri, videlicet, An primò in eo, quòd proprium est post diuisiones, deinde in parte ipsi D. Medico spectanti ante diuisiones, An autem totum in commune simpliciter, ea data communi, sed non concessa.

Quintò, an prorogatio compromissi facta per Ill. D. Capitaneum inuita præfata D. Martha, valeat, vel ne.

Sextò, cæteris habilibus præsuppositis, quæ tamen inficiatur, an possint præfati D. hæredes, seù præfata D. Marta ad interesse, vt vulgò dicitur conueniri.

Vltimò, an in secunda petitione debeat actor obtinere, vel ne.

IN quibus omnibus articulis videtur pro eo D. Petro Antonio iudicandū, Et primò mercedē fuisse communem propter dictionem + omnia, quæ vniuersalis est, nihil ex-
1 cludens Aym. Crauet. in rep. l. pr. num. 44. ff. de leg. 1. Dec. cons. 472. num. 1. & seq. & cons. 113. num. 4. Etiam de quibus specialis fuisset facienda mentio Rol. a Valle in tract. de lucro dotis quæst. 29. nnm. 10. vbi dicit in vniuersali obligatione contine-
2 ri etiam, quæ quis non + fuisset in specie obligaturus, sequitur Corn. in cons. 128. col. pen. post med. vers. nec obstat quòd non veniunt lib. 3. Dec. in cap. sedes col. 5. circa med. de rescriptis, & in l. omnia in prin. si certum petatur, & in cons. 389. ꝓpe finem num. 11. Videtur. n. per ea ver-
3 ba, + quędam in eis stabilita societas, per ea quæ tradit Bart. in l. Titium, & Meuiū, §. altero in principio, ff. de admin. Tuto-
4 rum. In † qua societate salaria, & stipendia, communicantur, l. si fratres, §. idem Papinianus ff. ꝓ socio Ioan. Lopez in trac. de lucr. matrimoni. cap. 6. num. 18. Et pro
5 hac + parte videtur in terminis respondisse Crauet. cons. 133. par. prima in fi.

Secundò instrumentum valere respondendum videtur, ac ex eo probari, ꝗ instrumentum verum, solemne, & a Notario ro-
6 gatum + esse præsumitur. Alc. trac. præs. reg. 3. præs. 13. num. 6 Menoch. cons. 343
7 num. 2. lib. 4. Adeo vt propterea + dicatur probationem cōtinere probatam, Menoc. lib. 2. præs. cap. 44. num. 3. Sic. n. & omnis
7 actus potius valere + iudicandum est. Vār. trac. null. cap. 1. num. 24. & seq. Corta in memorabil. verbo actus Menoch. lib. 6. præsump. cap. 4. num. 2. Ossascus decis. 163. nu. 2.

Tertiò saluam esse actionem, cùm nondum lapsi sint 30. anni, quorum præscriptione actio personalis + sola metitur l. sicut, C. de præscrip. 30. annorū, & l. 2. circa med. C. de constit. pec. Becius cons. 48. num. 2. Nec refragatur stat. 165. quia illud solum de obligationibus publico instrumento cō-
8 tentis, de quo loquendi vsus + est interpretari debet Io. Crott. in Rubr. de oper. no. nunciat. num. 40. 43. Rui. ibi nu. 22. Rol. tract. de inuent. par. 4. vers. quęritur num. 13. Bonac. in quæst. crim. in verbo verbū vers. verba statutorum Crau. in repe. l. primæ num. 65. ff. de leg. 1.

Quartò exactiones esse in causam crediti cō-
9 munis imputandas tamquam + antiquioris l. cum ex plur. ff. de solut. maximè cum totum ei D. Medico pertinere debitores probabiliter credere possent.

Quinto prorogationem compromissi valuisse, & pro hac affirmatiua illud pugnare videtur, quod causa inter coniunctos semel
10 compromissa + debet iterum cōpromitti. Marsi. sing. 172. & 467. ad fi. Rom. cō. 504 num. 1. & 2. Alex. in Rub. sol. mat. nu. 22. in fi. & ibi Ripa. num. 38. Dec. in c. 1. nu. 6. de iud. & cons. 22. ad fi. Ias. in l. Prætor ait num. 10. ff. de eden. Blan. trac. de compro. quæst. 7. num. 41. vbi dicit quòd potest compelli. Ergo multo magis potuit per Iudicem prorogari, facilius enim conceditur

11 ceditur prorogatio eius, ✠ quod durat,
quàm noua conceſſio, Rol.trac.inuẽt. par.
3 ptinc.verſ.Item ommittendum num.6.
12 Idq; regulare eſt vt Iudex ✠ poſſit quod-
cumq; tempus præcipuè ex cauſa proro-
gare Fel.in c.cum ſit Romana extra de ap
pel.Bart.in l.2.nume.4. de re iud. Affl. in
tit. ex quibus cauſ.feud. amit.in ptinc.nu.
149. ad conſtit. Neapol.
13 Sextò dictos hæredes potuiſſe ✠ ad inte-
reſſe conueniri, ſiue quòd ſit lucri ceſſan-
tis, ſiuè damni emergentis, l. Vnica in fin.
C.de eo, qđ intereſt Specul.in tit. de fruc.
& inter. §.commune col.2.verſ. alij tamẽ
quem videtur ſequi Alc.in d.l.Vnica cap.
14 fi. circa ptinc. Maximè ✠ cum Actor ſoli
tus ſit mercari, l.qui ſemiſſes, §. quæſitum
de vſur. Dec.in cap.cum venerabilis num.
14.& ibi Fel. num.7.& Abb.num.7.extra
de excep. Alex.conſ.52.num.5.vol.6.Ca
mil.Plauc.in d.l.vnica in verſ.etiam ex lu-
cro nume.16.Campeg. trac.de exactione
dotis quæſt.6.nu. 2. Gom. in §.action.nu.
18.Inſtitut.de act. Fel. in cap. P. & G. in
ptinc.de officio deleg. Riminal. Senior
conſ.318.num.6.lib.2.

Super vltimo pariter ipſum debere obtinere
prima facie videtur eſſe dicendum, quia
liber Mercatoris, qui ſit integræ opinionis
vt pars præſupponit ſuum, facit ſemi-
15 plenam ✠ probationem, vt petenti iura-
mentum in ſupplementum deferri poſſit,
ſi tamen in illis rationes fuerint propria
manu Mercatoris conſcriptæ cauſa obliga
tionis expreſſa, & in eis data, & recepta
contineantur. Ita poſt Bart. Iaſ. Bal. Fel.
Gui.Pa.Pariſ.Soc.Rol.& Cap.Tholoſ. tra
dit Gail. lib.2.obſ.cap.20.num.2. Vbi nu.
4. ſubdit, quòd talis Mercatoris, ſi ſit de-
16 functus, liber aliis adiutus adminiculis ✠
plenè probat, cui adde quæ congerit Be-
ci. conſ.47.nu.12. & ſeq. Viu. deciſ.184.
num.13.

Quibus omnibus minimè tamen obſtantibus
contrarium verius in ſingulis de iure re-
ſpondeo. In primo articulo, quia cum
17 tale lucrum ✠ de iure communi ſit Medi
co præcipuum, Alex.conſ. 78. col.2.verſ.
tamẽ in propoſito vol.2. relatus a Iaſ. cõſ.
3.col.3.lib. Crau. conſ. 26. per totum
Ceph.conſ. 247.num.31. & conſ.340.fe
rè per totum, Rom.conſ.145.verſ.ſed ea-
dem circa med.Bar.in l. Iubemus num. 2.
C.de ſilent.lib. 12. Iaſ.in auth.quod locũ
num.6.verſ.Ita erit in propoſito C.de col-
lat.qui loquitur etiam in caſu, quòd inter
fratres ſit contracta ſocietas, cuius id eſt ꝓ
18 priũ ✠ vt lucra, & damna oĩa (culpa circũ
ſcripta) cõmuniter ꝓ ratis diuidantur l.ſi
merces §.vis maior in fi.ff.loc.Io. Mõteſp.
conſ.55.num.18.Io.Lopez. trac. de lucr.
mar. cap.10.num.3. Meritò, & dicta ver-
19 ba debent ✠ ad iuris communis, quàm fie
ri poteſt diſpoſitionem reſtringi, Crau.in
repetitione d. l. pr. num.50.ff. de leg.pri-
20 mo, Maximè ne ✠ iniquum ſequatur. idẽ
Crau. in d.l.prima num. 55.quod eſſet au
21 ferendo hoc ius ſingulare dumtaxat ✠ v-
nius, vt exemplificando tradit ibi Crau.
vbi num.66. ſubdit porius vniuerſalia ver
22 ba eſſe tollenda, vt nihil ✠ operentur, q̄ ꝙ
quis damnum indebitè ferat, & in termi-
nis noſtris, quòd huiuſmodi credita non
communicabilia non comprehendantur
23 in tali effuſo ſermone ✠ abſq; ſpeciali mẽ-
tione tradit Alc. Reſponſo ſuo 102. per
totum thom. 2. lib.5. Cui proximum eſt.
Simile Bal. in l.ſi fratres col.3.verſ. præte-
rea videtur ff. pro ſocio. Vbi vult debitum
24 ſui natura non commutabile requirere ✠
ſpeciale pactum per tex. in l. ſi ſocius pro
filia ff. eo. Et id ordinarium eſt, vt genera-
lis diſpoſitio non ſe extendat ad caſum
25 ſpecialem de quo non eſt facta ✠ ſpecialis
mentio. Iaſ. in l.poſtquam liti in fi. C. de
pact. & in l.fratres num.4.C.de inoff.teſt.
& in l. qm̃ in prioribus in ſecunda limit.
verſ.hoc confirmo, C.eo. Nec dicere om-
mitto, quòd & ſi hoc eſſet ſpeciali pacto
inter eos expreſſum, fortaſſe pactum non
26 valeret, ✠ vti inequalitatem continens,
prout Gloſ. inquit in l.ſi non fuer.ff.pro ſo
cio. Eodem fundamento motus pro Ex-
cell.quon. D.Medico Vitano contra ſuos
fratres conſuluit Excellentiſſimus quond.
D. Cyprianus Quadrius, cuius conſilium
penes me habeo ſigillatum, & ſubſcrip-
tum.

In

In secundo articulo contrarium pariter tenendum firmo multiplici deffectu, Primò eum de lista, ad quam in ea venditione fit
27 relatio non constet. Nam relato ✠ non constito, refferens corruere necesse est sing. est doctrina Aym. Crau. in allegata repetitione num. 85. vbi dicit quod si cōcedātur priuilegia studio Tholosano, quibus gaudet studium Parisiense, si de Parisiensibus non constet, cessare, & Tholosana; Nam ad hoc vt refferens probet de-
28 bet illud esse speciale ✠ & explicitum. Ias. in l. si quis in aliquo num. 8. vers. melius ponit. C. de eden. Crau. cons. 157. nu. 16. Hinc etiam est quòd depositio testis cum relatione ad aliquam scripturam nihil ꝓ-
29 bat, nisi ✠ quòd ex ea scriptura constat Affl. decis. 72. num. 7. Potest enim in ea lista hoc ius contineri, & non contineri. Qui nimo non cōtineri euidens coniectura hęc est, quòd in ipsius venditionis præfatione narratur qualiter bona, iura, & ficta, quæ venduntur non sunt ab ipsis fratribus, nec aliquibus eorum possessa, ex quibus colligitur solum de rebus ab extraneis vendicandis fuisse actum. Nam verba, quæ di-
30 cuntur in præfatione ✠ & ante actum, declarāt actum sequētē, Affl. decis. 375. nu. 1. & 2. Menoch. cons. 14. num. 4. lib. 1. Et in hac sententia me hoc non parum cōfirmat, quòd D. Maphius venditor id pluries fuit protestatus, quòd scilicet nō cessit ei actiones contra dictos hæredes, nec de rebus, quæ essent penes ipsos. Secundo nullitatem dico tenendam altero deffectu nempè veritatis, cum propter tantā precij modicitatem simulata pręsumatur. Quatenus excedit precium, pro quo solo
31 pretio actio ✠ conceditur cessionario, sicuti post innumeros relatos tradit Menoch. lib. 3. præsum. cap. 129. num. 1. Gab. Rom. com. concl. tit. de act. concl. 5. num. 1. & 2. Quibus conferunt quæ ad proposi tum tradit Mago. decis. 53. nu. 11. & 12. Lucen. Plott. cons. 37. num. 20. & seq. Decia. cons. 109. num. 15. lib. 3.

Etenim libræ ducentum fuerunt pretium vē ditionis. Ipse aūt emptor libras Bismille sexcentum iam fuit consecutus a Dominis fratribus Reuerendo Adriano, Io. Matthæo, & Nicolao de Merulis, vltra liberationem, quam de notabili summa ad minus lib. 1000. imper. ab eis fuit etiam stipulatus. Item habuit a mag. D. Ferdinando Beccaria lib. 400. Et adhuc alias libras quinque mille a nob. D. Martha petere non erubescit.

Tertio, dico nullum Instrumentum propter ommissas solemnitates statuti 179. & 180, in cessionibus obseruandas, vt in eis
32 legitur ✠ & consuluit Crau. cons. 242. nu. 1. & extat constitutio nostri fori exhibita, qua omnes cessiones, & assignationes non iuratas nullas esse pronunciatur. Negari enim non potest, quin respectu istius
33 prætensionis contractus sit cessionis ✠ per tradita per Bart. in l. post diuersas nu. 13.
34 C. mand. Nam contractus iudicatur ✠ secundum id, quod deducitur in eo, & si aliud sit nomen conceptum Alc. cons. 103. num. 6. Affl. decis. 80. num. 8. Crau. cons. 20. num. 5. & 6.

In tertio articulo similiter contra ipsum D. Petrum Antonium respondens moueor,
35 quoniam a verbi proprietate in statutis ✠ non est recedendum, l. non aliter de leg. tertio l. 3. §. hæc verba de neg. gest. Bero. cons. 86. num. 2. vol. 3. Et obligatio secundum sui proprietatem intelligitur de om-
36 ni vinculo quo alicuius rei soluendæ ✠ astringimur. Instit. de obl. in princ. Mathesil. sing. 168. Alc. in l. labeo num. 13. de verb. sign. Et vbi etiam eius propria significatione non comprehenderetur omnis obligatio. Attamen ad omnem obligationem ex identitate, & maioritate rationis, quæ sub verbo obligationis, ex lata significatione comprehendi posset, licet simus
37 ✠ in correctorijs deberet extendi, teste Gallia ad consuet. Alexand. in verbo lega re, quæst. 7. num. 106. Osasc. decis. 170. num. 11.

In quarto quoque exactiones factas præsumi in caussam propriam eius D. Medici respondeo. Quilibet enim præsumitur fa-
38 cere actum proprium ✠ & suo nomine Bar. in l. 1. num. 10. ff. de solut. & naturali ratione consentaneum est, quòd ipse D.

Medicus voluerit potius rebus suis consu-
39 lere ✠ quàm alienis. Menoch. lib. 3. præsum. cap. 136. num. 9. Causam autem propriam intelligo non solum mercedem cõtractam post diuisiones, verum etiam partem ipsius D. Medici eius quæ communis est, quoniam quod commune est dicitur
40 proprium vnicuique, ✠ vsque ad suæ partis exactionem. Bal. in l. 1. in prin. C. de com. rerum alienat. Maximeq; in ea ducor sententia, qui cum creditum post diuisiones cõtractum minus esset præscriptio-
41 nis dubio periculosum, debet ✠ solutio recepta ad eam potius ascribi, sicuti tradit Menoch. dicto cap. 136. num. 12. qui se ipsum refert. in cons. 121. num. 40. Tanto magis, cũ recentiora salaria apud nos
42 † per debitores potius solui sit consuetudo; Menoch. in ambobus locis iam citatis.

In quinto articulo pro contraria, & negatiua, cui adhæreo deduco compromissum fuisse voluntarium, cum factum fuerit iam quampluribus diebus post litem contestatam, quo tempore liberum erat partibus compromittere, & non compromittere, & ideo non potuisse ea inuita prorogari,
43 cum nec compromittere iterum ✠ posset cõpelli docet Blanc. in trac. de comprom. quæst. 7. nu. 42. Tiraq. in l. boues §. hoc serm. limit. 9. num. 7. de verb. signif. Cùm
44 enim prorogatio compromissi ✠ sit contractus, vt scribit Bal. in cons. 102. ad fin. vol. 3. Lamberteng. tract. de contrac. mul. ad fi. Gl. 1. quæst. 96. num. 375. Non potuit reddi in inuitum, & maximè, vt in v-
45 num ✠ consentiret, sibi suspectum Blanc. d. q. 7. num. 1. vers. ex præmissis, Vbi dicit, quòd licet necessitentur coniuncti cõpromittere, non tamen compelluntur cõsentire in vnum plusquam in alium, accedat pro dictæ prorogationis nullitate, q
46 facta fuit vt post finitum ✠ compromissũ inciperet. Fel. in cap. de cau. num. 4. de off. deleg. Blanc. d. quæst. 7. num. 57. Et pro prædictorum confirmatione facit q
47 compromissum habet ✠ eandem instantiam, quam habet iudicium ordinarium ex statuto vt trad. Blan. dicta quæst. 7. nu.
58. Quam instantiam Iudex prorogare
48 non potest, & ✠ sine appellatione est nulla, vt tradit Pet. de Benintend. decis. 31. in fi. Sed in hac non insisto ratione.

In sexto articulo ad interesse non potuisse hę
49 redes conueniri dico, quia nunquam ✠ fuerunt in mora constituti, Plot. in l. si quando num. 427. & 462. C. vn. vi. Aret. cons. 151. circa fi. Crau. cons. 87. nume. 5. & plur. aliis rationibus, quas gratia breuitatis omitto.

Et finaliter in vltimo articulo quoque contra actorem transeo, quoniam magis est
50 ✠ recepta opinio, vt nec semiplene probent Bar. in l. admonendi num. 26. ff. de iureiur. Rom. cons. 346. in prin. cur. Iun. in d. l. admonendi nume. 38. qui de communi testatur Tho. Triuis. lib. 1. decis. 16. vbi de communi, & sententia Senatus. Tantò magis cùm nec requisita secundũ cõtrariam opinionem fuerint probata ad tradita per Crau. trac. de antiq. temp. parte prima sect. incip. vidimus, & abunde num. 19. & seq. Quæ etiam vbi fuissent probata, & per consequens etiam secundum prædictorum sententiam semiplenè
51 probarent, quod, & ✠ Viuius decis. 184. lib. 1. videtur voluisse. Adhuc intentio Actoris non esset fundata, cùm agatur de summa vltra lib. 50. Imper. in qua nec posset semiplena probatio, per iuramentũ suppleri stat. nostro in ciu. cap. 122. Præ-
52 cipuè ✠ cum actor sit hæres ignarus in factum alterius succedens, Ias. in l. 5. §. fin. num. 5. vers. quarto facit ff. ne quis eum qui Affl. decis. 169. nume. 5. latè Bec. cons. 47. num. 15. vsque ad 19. Verùm vbi etiam facta esset plena probatio, esset tamen nihilominus inanis, propter nouam Illustrissimorum constitutionem, ne huiusmodi credita vltra quinquennium exi-
53 gantur, quod enim Principi placuit ✠ legis fortitur effectum §. sed quod Principi inst. de iur. natural.

Non ob. modo contraria. Et primò non obstant opposita ab efficacia vniuersalis, quia ex supradictis in primo articulo ad ea partem responsio.

Non ob. quòd sequitur, id extendi, etiam ad

casum

casum, in quo facienda fuisset specialis mētio per Doctr. Rol. à Valle, & aliorum,
54 quia ad illud respondetur contrariam ✠ esse veram, & magis communem, quam refert, & sequitur Crau. in alleg. repet. l. p. numero 45. vers. sed contrarium de leg. primo.

Non ob. quòd de societate tractatum est, quia respondetur per ea verba solam simplicē
55 societatem inductam, quæ ✠ sibi talia lucra non continet gl. in l. si fratres §. idem Papinian. in verbo initum, ff. pro soc. & Tex. est formalis in l. sed si adiiciatur ff. pro Soc. iuncta ibi glo. vbi dicitur quod si societati hoc etiam sit adiectum, quòd & quęstus, & lucri socij sint, non ad aliud lucrum, quàm quod ex questu venit hanc
56 adiectionem pertinere, in ea enim sola ✠ societate, salaria conferuntur, quæ taliter est contracta vt omnia quæsita ex quacūque causa communicentur, allegata gl. in verbo initium.

Non ob. consilium Crau. quia si rectè examinetur refert verba testatoris nō autem decidit: hæc sunt verba ipsius; Et dico quòd
„ si verba testatoris diligenter considerentur clarè videtur apparere de eius intentio
„ ne, quòd intellexerit de bonis acquiren-
„ dis patre ipso viuente, dum mandauit bo-
„ na acquirenda communicari, & quòd D.
„ Ioannes allegare non posset talia acquisi-
„ ta ex arte medicinæ præcipua, & propria
„ sua esse.

Non ob. deducta in secundo articulo, quia
57 respondetur præsumptionem ✠ cedere veritati Menoch. lib. 1. præsum. cap. 31. nu. 4. quæ veritas patet ex deductis in rationibus decidendi ad secundum articulum.

Non ob. dicta in tertio articulo. Quia respondetur cessare dispositionem legis, cum habeamus illud statutum præscribens actiones ex obligatione in annis duodecim, Et vbi habemus statutum non est quærenda
58 alia ✠ iuris decisio Ias. cons. 197. volu. 2. Corn. cons. 109. in fi. & 316. num. 7. lib. 2. & cons. 150. num. 4. & cons. 188. num. 8. lib. 2.

Nec ob. responsio ad statutum ex communi loquendi vsu, quia ad eam replicatur illud
59 intelligendum ✠ de communi vsu loquēdi Iurisatum Gal. in consuetudine Alexādriæ in verbo legare quæst. 7. nume. 148. Barbat. in l. cum acutissimi numero 94. C. de fideicom. Et eo Tempore quo statu
60 tum ✠ factum fuit Menoc. de arbitr. Iud. lib. 2. cent. 5. cas. 448. de quo vsu loquendi nihil probatum est, cùm tamen probari
61 ✠ fuisset necesse Dec. cons. 472. num. 15. & 16. Menoch. lib. 5. præsum. cap. 160. num. 5. Gallin. trac. de verb. sign. lib. 4. cap. 11.

Non ob. dicta in quarto articulo, quia illa pręsumptio antiquioris crediti eatenus procedit quatenus validiores pręsumptiones in contrarium allegarę deficiant, sicuti patet ex relatis in rationibus deciden. ad quartum articulum.

Non obstant allegata in quinto articulo, quia ad eas per suas rationes decidendi supra fuit plenè responsum, saluo ad id, quòd arbitrariæ sint dilationes Iudicis, quia ex limitationibus traditis per Fel. ad eam conclusionem apparet non procedere in casu nostræ disputationis.

Non ob. opposita in sexto articulo, quia quicquid sit de veritate prædictæ conclusionis in eo nulla est dubitatio, quòd interesse post moram dumtaxat debeat computari non ante moram, vt supra docui.

Ad dubitandi rationes in vltimo articulo deductas, respondetur eas satis sublatas ex deductis decidendo eumdem articulum, tanto magis cum nec de requisitis secundum eorum sententiam, qui volunt librum semiplenè probare, constiterit.

Schenardus.

SVMMARIVM.

1 Exceptio præiudicialis cognosci debet priusquam ad vlteriora procedatur.
2 Inanis est probatio eius, qui sine actione experitur, & ideo non admittenda.
3 Fideiussio de præsentando quando transeat in Pratorem successorem. & 4.
5 Pratoria stipulatio, seu cautio quæ dicatur.

6 Imbreuiatura attendi debet a qua discrepat per extractum.
7 Procurator Fisci super re ad Fiscum pertinente censetur in dubio eius nomine facere.
8 De dubio protocolli statur declarationi Notarij.
9 Verba libelli, vel exceptionum probant contra scribentem.
10 Fiscus non cogitur inuitus procedere contra Reum qui fideiussit de se præsentando.
11 Fideiussor de præsentando toties quoties nõ liberatur bina præsentatione.
12 Protestatio non valet super eo quod pendet ex alterius arbitrio.
13 Fideiussor liberatur si Reus banniatur post fideiussionem, licet ei offeratur saluus conductus. Declaratur nu. 14.
15 Qui tenetur curare vel facere non liberatur nisi probando quod fecerit.
16 Fideiussor sua culpa succumbens non repetit a principali.
17 Ratificatio patris cõtractus filij patrem obligat insolidum.
18 Ratificatio contractus eandem solemnitatem requirit.
19 Fideiussio non contraitur sine stipulatione.
20 Defensionem alienam potest quis in iudicio tribus modis suscipere, & quibus.
21 Obligare se minus quàm sit possibile, in dubio præsumitur.
22 Defensionis susceptio animo nouandi, non fit nisi hoc exprimatur, & consensus accedat Actoris, & num. 23.
24 Offerens se liti tanquam simplex procurator in rem suam debet satisdare.
25 Defensionem suscipiens alterius non dicitur in rem suam nisi aliud exprimat.
26 Iuramentum in supplementum semiplenæ probationis, nõ defertur in causis magnis.
27 Testis exhibẽs dictum suum antequam examinetur tamquam vltroneus non probat.
28 Minimus deffectus in teste diminuit ipsi fidem quam alias faceret semiplenam.
29 Verba enunciatiuè prolata, & parte absente non obligant.
30 Nuda promissio non producit actionem.
31 Verba vbi non conueniunt nec dispositio.
32 Offerens se liti alterius repetit ab eo si ipsum liberat, vel executionem patitur, paria sũt soluere, & iudicium pro alio suscipere sub numero eo.
33 Doli exceptione remouetur petens quod resti tuturus est.
34 Alter cuius defensionem suscipio quando censeatur ab instantia liberatus Fideiussor, & emptor quoad iudicium indemnitatis à pari procedunt sub num. eo.
35 Qui tenetur assistere liti debet incumbentia facere.
36 Deficiens in incumbentibus non agit contra principalem.
37 Ampliatur hoc etiam si deffectus censetur ex communi culpa.
38 Fideiussor nunquam contra principalem agit si ommittat defensionem quam principalis non poterat deducere.
39 Qui tenetur facere, & curare, vt alter faciat, non potest hoc per alium implere.
40 In arduis non potest quis obligationem implere per alium.
41 Fides vbi vnius versatur non recedimus a persona obligata.

ARGVMENTVM.

De Fideiussorum de præsentando toties quoties exceptionibus defensionibus, & Fisci replicationibus. De Fideiussoribus, & emptoribus sua culpa succumbentibus. De offerentibus se liti alterius quando de proprio teneantur. Et de Regula qui potest per se, potest per alium.

CONS. LX.

Vtinam dirigantur viæ meæ ad custodiendas iustificationes tuas.

AVdio in causa vertente inter D. Thomam Capellum ex vna, & Hæredes q. D. Nicolai Capelli, maximè in eo controuersum, an parte Actoris fuerit

tit sufficienter probatum ad obtinendum iuramentum in supplementum probationis, de qua quæstione, cum sit Reis ex infrascriptis, discussione prædictæ quæstionis ommissa, sufficienter consultum, scribere consultò præterij, cum frustra de probatione agatur, quam exceptio præiudicia
1 lis prius discutienda † excludit gl. in c. 1. in verbo cognoscendum vers. & in hoc ex de ord. cogn. Crau. cons. 280. per totum, & dixi supra cons. 31. nu. 18. Quandoquidem. n. Actor sine actione experiri aliunde constet, vanus de eius adducta
2 probatione ✠ sermo erit ex glo. Odof. Bar. Bal. Sal. Cast. Alex. & Ias. in l. vbi pactum C. de trans. Mart. Vran. cons. 21. num. 33. lib. 1. Rota Lu. dec. 143. Raud. dec. prima num. 28. Ad hoc autem demonstrandum a criminali actione contra ipsum D. Thomam diffinita præsentem meam congruum existimaui exordiri consultationem, cum in relatione causæ finalis ad efficientem iudicandi ex sententia omnium ratio consistat: De eaq; libentius ducor verba facere, de qua me illius criminalis consilij collegam iureconsultum memoria non fallit. Tria hæc (alijs tacitis magis inanibus) adducebat d. Thomas contra officium, quare d. Floromundum non præsentaret, cuius de ipso præsentando fideiussor extiterat. Primum quod fideiussione sub finito officio domini Prætoris
3 Enderli recepta non posset vti prætor ✠ successor eius ex tex. in l. non a iudice, §. 1. ff. de iudi. & l. 3. & l. cum apud ff. iud. sol. & videtur consuluisse Imo. in cõs. 47. incip. in casu præmisso. Cui respondebamus, quod cum nomine Dominicalis Ca
4 meræ eam fuisset Prætor stipulatus ✠ obiectio iure non subsistebat cum Bar. in l. cũ apud nume. 5. ff. Iud. sol. Rom. cons. 210. Prosp. Farin. trac. quæst. crim. q. 34. nu. 177. Et licet nobis videretur contradicere Felicis plebei consilium vltimum inter cons. crim. tomi secundi qui nu. 19. hanc appellat Prætoriam stipulationem, quæ finitur anno allegãs tex. insti. de temp. act. in prin. & in l. in honorariis, ff. de act. & obl. & Ias. in §. sed iste num. 30. Insti. de act. Attamen perpendimus allegata per eum hoc non probare, cum nec prætoria
5 dici possit hæc quæ ✠ non extorquetur ab initio Bar. in l. in conuentionalibus num. 3. ff. de verb. obl. Minus obstat, quod idẽ Felix subdit num. 22. Ideo non transire in successorem, quia nec vltra tempus suæ administrationis potest prouidere per l. fi. ff. de penis, quia id est verum per legem secus autem per contractum ex s̃ allegatis sicuti per sententiam Bal. in l. 1. vbi Doc. C. de postulan. Et licet edito consilio emergeret noua disputatio super edito Notarij protocollo nomen Cameræ non habente
6 expressum, quod potius ✠ videbatur attendendum Bar. in l. si quis ex argent. §. prætor num. 3. ff. de eden. & in l. semper omnius num. 3. ff. de leg. 2. & in l. si librarius nume. 9. ff. de reg. iur. Gui. Pa. quæst. 19. num. 3. Neuiz. cons. 26. num. 45. Nihilominus in eadem sententia insistere, paratus eram his fundamentis, primo, quia cũ nec protocollum, cui esset fideiussio stipulata, diceret, de re verò ad officium pertinente ageretur, consequens erat, eius nomine censeri receptam, ac si hoc fuisset ex
7 pressum ✠ ex doctrina Ias. in l. pen. nume. 2. ff. si quis caut. & ibidem cæteri scribentes Natta cons. 161. num. 7. lib. 1. Capella Thol. q. 152. num. 1. Secundo, quia cũ Notarius illud nomen tacitum exprimendo sic declarauerit protocollum, meritò
8 dici poterat sublata difficultas ✠ secundũ Alex. in l. Gallus §. idem credendum col. 2. ff. de lib. & posth. purpu. cons. 166. num. 5. lib. 1. Neuiz. cons. 64. num. 1. Lanar. cons. 49. Multo magis cum & ipse D. Thomas se in suis quibusdam exceptionibus erga C. D. fideiussorem enunciauerit, con
9 tra quem verba illa probant ✠ quemadmodum contra libellantem verba libelli l. cum precum C. de lib. cau. l. ne satisdatio ff. rem ratam hab. Alex. in l. edita col. prima, C. de eden. Rom. cons. 70. num. 10. Deci. cons. 152. num. 1. Soci. cons. 97. nu. 6. lib. 4. Purp. cons. 72. num. lib. primo Hier. Manil. dec. 54. num. 5.

Secundum quod adducebat Fisci petitioni resistens hoc erat, quod sæpe officio protestatus

22 diutius immorandum, cum ille non nisi ✠ expresse fiat, Bar. in l. solutionem num. 8.
23 ff. de solu. Nec fieri poterat sine ✠ Fisci consensu, qui nūquam a persona D. Thomæ recessit Bal. in l. si actor circa fi. ff. de proc. quem sequitur Natta cons. 630. nu. 3. Verum nec de secundo cum nec iudi-
24 catum solui suscipiens ✠ satisdederit l. plautius ff. de procur. Nec aliud expresserit, quo in rem suam, & secundo modo
25 † suprascripto se fecerit procuratorem l. is qui se ff. de rei vend. vbi glo. in prin. & Bar. gl. in l. si a te ff. de except. rei iud. vbi Bar. num. 2. dicit quod non sufficit acceptatio libelli Mart. Vran. cons. 7. nume. 3. lib. 2. Nec ob. quod asseruit D. Raphael de Ciuio testis examinatus scilicet: [che il Sig. Nicolò disse che non voleua ch'alcune patisse per lui.] Quia Respondetur illius dicti nullum adesse contestem, nec ab vnico assertum in summa tam ma-
26 gna posse iuramento ✠ suppleri ex traditis per omnes in l. admonendi ff. de iureiur. Alex. cons. 39. num. 10. lib. 5. Bec. cons. 47. nu. 30. & habemus statuto cautum cap. 122. Multò minus cum fuerit vltroneus, cuius dictum iam pars scriptū
27 habebat priusquam examinaretur ✠ ad tradita per Saly. in l. si quando col. vlt. C. de testi. Butr. in c. ex litteris ex. de test. spol. Bar. in l. ex libero in fi. ff. de quæst. Aret. in l. qui testamento, §. quęcumque col. pen. in prin. de testam. Alex. Raud. cons. 21. num. 300. lib. 1. Viu. Decis. 271. num. 3. minimus. n. defectus testis dimi-
28 nuit de fide ✠ semiplena Mago. decis. 46. num. 20. Lucen. Vltra quòd vti verba enunciatiuè prolata nō obligant parte prę-
29 cipuè ✠ non præsente per ea quæ tradunt omnes in l. ex hac scriptura ff. de donat. & in l. optimam C. de contra. stip. Raud. cōs. 25. num. 96. lib. 1. Cui etiam præsenti nō
30 potuisset ex ea nuda enunciatione † actio quæri l. iurisgentium iuncto, §. sed cum nulla, ff. de pactis, Quæ etiam ex hoc cessat, quòd non ipse D. Nicolaus, sed ipse fideiussor fuit in culpa condemnationis, vt supra probatur, itaut casus cesset, quòd ꝑ ipso damnum alter patiatur, vbi. n. verba
31 non conueniunt ✠ minus conuenit eorū dispositio l. 4. §. toties vbi Bar. ff. de dam. infec.

Sed posito, non concesso tamen, quod caussā tamquam in rem suam defendendam suscepisset, adhuc ipsi D. Thomæ succumbenti actionem inficior contra eum d. Nicolaum, seù eius hæredes competere duobus adductus fundamentis, primo quia tātum abest, quòd, liti se offerentem ꝑ alio, posse ab illo cōueniri, iure caueatur, quod
32 imo repetit ✠ ab eo si executionem patitur, vel eum liberet, vel soluat Bar. post. gl. in l. solutionem nu. 10. ff. de solu. de quo est etiam tex. sing. in l. qui seruum vers. nisi ff. de interog. act. Idem Bar. in l. si sticcum, §. fi. ff. de nouat. Paria. n. sunt soluere, & suscipere in se iudiciū pro alio Bar. in d. l. solutionem nu. 7. Ergo si alter qui defendebat quòd executionem passus est minus aget ipse cum eum, petētem quod
33 restituturus est, doli exceptio ✠ excludat vulg. reg. dolo facit de reg. iur. in 6. Ias. in §. in bonefidei in prin. insti. de act. Alex. in l. fin. sub. nu. 23. C. de edic. diui Adri. toll. Quòd si etiam admitteremus ipsum D. Nicolaum patrem, quod fortius est, in eadem fideiussione cum filio indemnitati Domini Thomæ obligatum itaut litem non ex voluntate, sed ex necessitate susceperit tamquam principalis debitor, & quemadmodum emptoris etiam tenetur litem suscipere venditor, attamen non propterea actionem D. Thomæ competere adhuc concedimus, quoniam susceptione Domini Nicolai non fuit D. Thomas ab instantia & lite liberatus, cùm id
34 non nisi tertio modo ✠ defensionis supra scripto eueniat, cui Fisci vel actoris debet accedere consensus Bal. d. l. si actor in 1. lect. col. fi. vers. quidam dicunt, In hac. n. materia fideiussor, & emptor a pari procedunt Rota Genu. decis. 28. numero 14. Fran. March. Delph. decis. 482. par. prima. Cui ergo liti Fideiussor assistens tene-
35 tur ✠ sibi incumbentia, quantum potest, præstare, etiam, quod principali denunciauerit, qui litem cum eo simul susceperit l. idemq; §. generaliter in prin. ff. mand.

gl.

19 *Statutum ponens pœnam, an censeatur tollere pœnam iuris communis.*
20 *De natura Comparatiui.*
21 *In crimine Sodomiæ bona auferenda probatur etiam iure diuino.*
22 *Mala, quæ propter sodomia peccatum nobis contingunt.*
23 *Quod statuentes interrogati respondissent censetur expressum.*

ARGVMENTVM.

An debeant bona Sodomitæ confiscari.

CONS. LXI.

Domine labia mea aperies.

PRocessus exhibitione fuit
mihi commissa quæstio
decidenda an Sodomitæ
bona publicanda veniret,
in qua pro negatiua vide
bantur plures, & vrgen-
tes rationes concurrere:
Quarum præcipua erat, quæ desumeba-
tur ex auth. bona damnatorum, C. de bo
1 nis damnatorum qua † collaterales confi
scationem impedire, excepto in læsæ Ma-
iestatis crimine, cauetur; Secunda est,
2 quia confiscatio † nunquam fit nisi lege
specificè caueatur Soc. iun. cons. 3. nu. 32.
lib. 3. relatus a Menochio cons. 526. nu.
5. lib. 6. M. Antonius Pereg. tract. de iure
Fisci lib. 5. nu. 21. At nulla lege reperitur
3 scriptum † si omnes in contrarium allega
tas reuolulmus, vt arguit Io. Bap. Plottus
seipsum retractans in cons. 50. num. 9. &
10. repetito inter cons. crimin. diuers. lib.
1. cons. 152. qui ordinationem Senatus
refert, quam etiam sequendam dicit M.
Antonius Pereg. tract. de iure Fisci lib.
5. nu. 169. Tertia est quia statutum cap.
50. ponens pœnam huius criminis de
confiscatione nil dicit, quod ideo noluisse
4 censerur † cum illam in quibus voluit cri-
minibus expresserit argumento l. vnicæ,
§. in nouissimo, C. de cadu. tollen. De-
cian. 26. num. 36. lib. 2. Pedroc. cons. 38.
num. Quarta, & vltima, qui ex alio
statuto cap. 27. videtur expressè sublata,
quò maiores pœnas, quàm Statuto cau-
tas irrogari prohibetur, confiscatio enim
5 grauis † est pœna inquit Menoch. d. cons.
526. nu. 5. Soc. sen. cons. 157. num. 11.
vers. 3. ostenditur lib. 2. Quibus tamen
6 non obstantibus contrariam † ego sequor
cum gl. in c. cum secundum in verbo na-
turæ contrarias de hæret. in 6. Barba.
cons. vlt. lib. 1. Deci. in l. si qua mulier, nu.
7. vers. & istà probatio C. de sec. nup. Pe
mun. de concub. fol. 123. nu. 27. quem
refert, & sequitur de magis communi at-
testando Clar. in §. Sodomia vers. item
Sodomita Plottus sibi parum constans in
reper. l. si quando num. 311. C. Vnde vi
Lud. Alph. inter cons. crimin. cons. 142.
num. 5. lib. 1. Menoch. lib. 2. de arb. iud.
cent. 3. casu 286. nu. 9. & eandem com-
muniorem firmat quicquid ipse credat
M. Ant. Pereg. dicto tract. de iure Fisci li.
5. nu. 169.

Ego si non lege explicita, saltem ratione le-
gis, moueor in qua ratione, quod est, di-
7 citur in lege proprie † non per extensio-
nem comprehensum Menoch. cons. 11.
nu. 16. Pedroch. cons. 32. num. 73. Hier.
a Laut. decis. Aueni. 133. nu. 6. in fi. Ti-
racq. ad l. si vnquam in verbo liberis nu.
45. C. de reuoc. donar. Lanar. consil. 22.
Maximè in huiusmodi criminibus publi-
cis coercendis in quibus vti materia fauo-
8 rabili etiam per extensionem † procedi-
tur de casu ad casum Ias. in l. cum quidã
num. 26. ff. de lib. & posth. Pedroch. cons.
40. nu. 161. At in carnis minus execran-
dis criminibus confiscatio locum habet,
9 ergo multo magis in isto, quod † est om-
nium pessimum, gl. in d. c. cum secundum
in verbo naturæ contrarias Affl. in con-
stit. legũ asperitate nu. 10. Grauius enim
10 delictum grauiorem † debet habere pœ-
nam. c. non afferamus in fi. 24. q. 1. Io.
Montesp. cons. 10. numero 3. Mart.
Vran. cons. 3. num. 22. Soc. cons. 157. nu.
11. vers. 3. ostenditur lib. 2. Nunc mi-
nor suprascripta probatur ex carnalium

criminũ enumeratione,& primo, Raptus
11 † Virginis, & cognitæ, bonorum etiam
amissione plectitur l.vnica,C.de rap. Virgi.
Boss.in tit.de rap.mul. num. 1. Secun-
12 do pupillam † Tutor violans bonorum
etiam publicatione punitur l.vnica, C. si
quis eam,&c.Cass.ad consue. Burg.Rub.
2 §.1.nu.34.vers.quadragesimus tertius.
13 Tertiò contrahens nuptias incestas † &
naturæ contrarias, §. 1. in auth. de incestis,
& nepha.nup.& auth. incestas, C. de
incest. nup.

His modo premissis non obstant contraria,
& primo non ob. auth.bona damnatorũ;
Quia respondetur in ea collaterales, ab
14 Irnerio per errorem positos † qui in auth.
vnde sumitur non leguntur Bar. in cons.
157.nu.1.lib.1.Aret.in l.eius,qui §.si cui,
num.3. versic. sed quæritur, ff.de testam.
quam nouissimè defendit Andr. Fachin.
lib.1.controu. iuris cap. 35. per totum;
verùm quia videtur hæc responsio communi
Doctor.sententiæ aduersari.Respõ-
detur 2. dictam auth. bona damnatorum
tollere confiscationem illam dumtaxar;
quæ in consequentiam mortis ius præcedens
admittebat, de quo in l.1.ff. de bo.
dam. non autem illam, quam principali-
25 ter leges in pœnam criminis inducebant
Prosp. Farin. quæstionum criminalium,
q.25.num.8. At in carnalibus,& nephandis
criminibus (hoc ex mente legis, & ratione
comprehenso vt supra probaui) bona
expresse auferebantur, ergo cessat dispositio
d. authenth.

Non ob.2. ratio,quæ ex prædictis iam sublata
est cum dixerim censeri expresse cau-
16 tum † quod eadem ratione continetur,
Bar.in l.Prætor ait in princ.ff.de nou.ope.
nunc Dec.in c. at si clerici,§.de adulteriis
nu. 18. vers. & retenta,extra de iud.Rip.
in l.1.§.hoc autem nu.1.& 2.ad Treb.Pe
droch.cons.40.nu.157.

Non ob. 3. ratio, quæ non procedit in statu-
17 to,quod † in eo a iure communi supple-
tur, in quo non disponit, vt idem statutũ
c.2.in Ciu.& 105.in crimin.Bart.in l.si ex
traneus in princ.ff.de cond.cau.da. & in l.
commodissime,vbi doc.ff.de lib.& posth.
Quinimo si valeret pro Fisco posset fortiter
retorqueri, quia statutum quando voluit
confiscationem tollere prohibitionẽ
expressit, vt legitur cap.80.& 81.in crim.
ergo vbi non expressit censetur confiscationi
iuris communis consentire, valebitque
potius retorcutionis argumentũ quo
18 iura incorrecta seruantur, l. quicquid astringendæ,
& ibi Doc. ff. de verb. obl.
Cur. sen. cons. 59. num.21.confirmatur
communi conclusione illa, pœnam scilicet
statuti non tollere pęnam iuris com-
19 munis † de qua conclusione per Bar.in l.
prima, ff. de vi.bo.rap.quam circumscripto
doctorum numero veram post quęstionem
ad partes discussam firmat Menoch.
trac.recup. poss. remed. 9. num. 386. &
seq.

Non obstat quarta, & vltima ratio ab authoritate
statuti 27. Quia respondetur dictionem
maior in statuto positam, sicuti
non includit, ità nec excludere, quod non
est consubstantiale sui positiui, & sic de
non agenda eadem pœna, non de diuersa,
& specie differenti censetur dispone-
20 re propter comparatiui † naturam Bal.in
l. & si post tres col. 6. vers. item facit ad
aliam q. dicit statutum vbi Ias. nu. 5. ff. si
quis caut. & latius de ipsius proprietatę
Surd.decis.65.in fi.

Et ita interrogatus respõdi anno ætatis meę
23. quod responsum a Diuina, & statuẽtium
etiam intentione videtur probari:
21 Diuina † qua scimus Sodomos, & Gomoros
in bonorum etiam combustione
castigatos, vt habetur Gen.cap.19.c.clerici
extra de excess.prel.Decia.trac.crim.
lib.6.cap.3.num.5.& inquit Imp.in auth.
vt non luxuri.contra naturam, quod pro-
22 pter hoc peccatum † veniunt fames, terremotus,
& pestilentiæ,& maiora, quæ ponit
Afflic.d.lib.3.dicta cõstit.legum asperitatẽ
num.10.& 11. Statuentiũ intentioni
etiam dixi consentaneum, Cùm tantum
Illustrissimi Domini mei hoc peccatum
abhorreant, vt neque illud nominare
sit audendum coram eis, quod & ipsi innuunt
statuto cap.42. vbi de illo loquentes
verbo, sporchissimo, Illud docent

silentio

silentio prætereundum, de qua confiscatione si fuissent interrogati, sine dubio respondissent pro Fisco cum illud longè de testabilius, & execrabilius habeant, quàm homicidium deliberatum, Vnde quod ip
43 si interrogati respondissent ✠ habetur ꝑ scripto. Alex. in cons. 216. num. 22. vers. respondeo vol. 2. qui de statuentibus loquitur. Et idem probat Alex. Raud. cõs. 36. num. 129. lib. 1. auctoritate glo. Bal. Ang. & moder. in l. tale pactum, §. fin. ff. de pactis.

Io. Franciscus Schenardus I. V. D. & in Vallistellinæ Curia maiori Aduocatus, saluo rectius sentientis iuditio, & præcipuè S. Matris Ecclesiæ, cuius veritati omnia subiicio.

SVMMARIVM.

1 *Vsura est quicquid accedit sorti.*
2 *Vsura est omni iure prohibita. Decl. num. 28. & 33.*
3 *Vsura est etiam pro mora dotis aliquid recipere vltra sortem. Decl. nu. 28. & seqq.*
4 *Vsura, neque testamento concedi potest donec hæres dotem soluat. Decl. nu. 35.*
5 *Vsura non potest in vltimis voluntatibus constitui. Decl. num. 35.*
6 *Pactum non valet ꝙ donec hæres dotem restituat aliquid annuum soluat mulieri. Decl. num. 35.*
7 *Pactum non valet quod donec dos soluatur mulier lucrifaciat fructus pignoris, Decl. num. 35.*
8 *Paria sunt de vsura præstanda, vel fructibus ex pignore percipiendis conuenire.*
9 *Statutum non valet, ꝙ doti vel alteri credito moram faciens vsuram soluat.*
10 *Vsuræ nunquam debentur sorti lucratiuæ. Decl. num. 135.*
Antifactum non debetur cum vsufructu, nu. eo. Contra num. 134. & seq.
11 *Interesse nunquam sine mora debetur.*
12 *Pactum non valet quod sine mora interesse debeatur.*
13 *Dies sola sine interpellatione non constituit in mora. Contra nu. 36. & 63.*
14 *Mora non contrahitur ex die nisi creditor diuersi fori sit ĩ loco solutionis illa die solutionẽ recipere paratus. Decl. 72. 73. 74. et 75.*
15 *Ignorantia præsumitur in succedente in factum alterius.*
16 *Ignorantia excusat a mora.*
17 *Cõpensatio ipso iure fit ad interesse tollẽdũ.*
18 *Compensatio, quæ superuenit obstat ẽt credito irrato. Contra nu. 83. Decl. nu. 166.*
19 *Compensatio admittitur ẽt illiquidi, ꝙ põt citò liquidari, fallit nu. 160. Decl. 162.*
20 *Moram non dicitur facere qui iudicium est suscipere paratus, Decl. num. 98. 100. 104. 118. & seqq. & num. 241.*
21 *Calculatorem petit qui quantum restet incertus est.*
22 *Moram non facit Reus a quo plus petitur. & num. 209. Decl. num. 210.*
23 *Mora prima per secundam purgatur. fallit num. 100.*
24 *Interesse lucri cessantis vt debeatur, quæ debeant probari.*
25 *Interesse damni, vt debeatur, debeat debitor de ipso in cõtractu moneri. Decl. n. 27. et seqq.*
26 *Interesse damni an requirat probationem, quod ex ea causa damnum euenerit.*
27 *Interesse nõ debet sortẽ excedere. Decl. 139.*
28 *Vsuræ post moram quatenus interest sunt omni iure debitæ.*
29 *Damnũ emergens præstat debitor morosus.*
30 *Vsuras licitè exigit, qui propter moram pecuniam recipit sub vsuris.*
31 *Vsuras licitè exigit scolaris eius pecunia, qua poterat libros redimere.*
32 *Interesse lucri cessantis quibus, & quando debeatur.*
34 *Doti moram faciens ad interesse tenetur etiam oneribus matrimonij sublatis.*
37 *Dies in mora constituit debitorem etiam, qui diem ignorat, & num. 76.*
38 *Interesse debetur a Die moræ.*
39 *Interesse etiam in contractu mutui venit à Die moræ.*
Actio ad dotem est bonæfidei, num. 40.
41 *Interesse semper venit a die moræ in actionibus bonæfidei.*
42 *Interesse a die moræ venit etiam in his iudicijs, & actionibus, quæ bonæfidei instar habent.*

43 Interesse a die moræ, & cætera accessiones ueniunt in actione ex stipulatu de dote.

44 Iuramentum constituit in mora, & quotidie interpellat.

45 Morã contrahit ad iudicium citatione, & libello prouocatus.

46 Interpellatio extraiudicialis in mora cõstituit

47 Contestatio litis in mora constituit etiam in actionibus stricti iuris fallit, nu. 242.

48 Constitutio litis ad effectum moræ inducitur ex primo actu post libelli oblationem.

49 Condemnatus, quando incipiat vsuras rei iudicatæ debere.

50 Moram facit qui dotem, & alimenta præstare tenetur statim quòd uir vxorẽ traduxit.

51 Morã extraneus dotis biennij lapsu facit.

52 Mora restitutioni dotis viduæ fit statim post annum.

53 Interesse dotis debet hæres, qui fructus legitimæ percipit.

54 Interesse communiter debetur illius pretij, cuius contro fructus rei percipitur.

55 Interesse præstandam ab eo qui fructus rei percipit cõueniri põtẽt ad soluẽ. dila. pẽdẽ.

56 Interesse regulare est deberi in compensationem fructuum ẽt in stricti iuris actione.

57 Vsuræ licitæ percipiuntur ab vna parte cum fructus naturaliter percipitur ab altera.

58 Mora fit minori re ipsa sine die, & interpellatione.

59 Etiam cum minor succedit maiori. Et etiam quod sit diuersi fori, num. 75.

60 Moram facit, & ad interesse tenetur Debitor qui scit creditorem pati, & reuerentia non petere.

61 Vsura licitè exiguntur etiam citra interesse rationem, a debitore, qui creditorem inuitum calumniosè differt.

62 Sors non debet esse sterilis, quæ nequit ad nutum creditoris exigi.

64 Interpellatio vnica ad moram sufficit.

65 Dies est ad morã interpellatione potentior.

66 Interpellatio requiritur, quando post diem data est dilatio.

67 Dies sola non sufficit ad morã vbi agitur de graui præiuditio Vbi exempla.

68 Morosus non dicitur, qui post diem verisimiliter non credit creditorem indigere.

69 Dies sine interpellatione non sufficit in præparatorijs iudicij.

70 Interesse damni facilius debetur quàm lucri.

71 Interesse lucri debetur ex sola die vel interpellatione sola.

77 Mora trãsit in hæredem etiam ignorantem.

78 Mora regularis quæ sit.

79 Mora regularis nũq̃ desinit nisi purgetur.

80 Sciẽtia cõtractus p̃sumitur ex cohabitatione.

81 Scientia p̃sumitur quãdo factum tale est, quod verisimiliter solet in notitiam venire.

82 Scientia præsumitur eius, quod communiter non solet a cohabitantibus ignorari,

84 Effectus iuramẽti ad morã obstat ẽt hæredi.

85 Compensatio nequit opponi ad petitionem dotis, & nu. 140. fallit num. 141.

86 Compensatio ordinariæ cognitionis non admittitur aduersus petitionem summariam & executiuam.

87 Compensatio requirens altiorem indaginem reseruatur in alio iuditio, & nu. 187

88 Compensatio non fit de illiquido ad liquidũ. & nu. 159. & 160.

89 Dotem petenti non obstat exceptio rationis reddendæ. & num. 183.

90 Mora nõ cõtrahitur in illiquidis anteq̃ sit declaratũ, & liquidatũ. Dec. nu. 214. et seqq.

91 Statuto stante, quòd quis non audiatur nisi soluat prius, vel deponat processus erit nullus nõ prius facta sol. vel deposito, et nu. 168.

92 Incontinenti dicitur fieri quod fit intra terminum statuti.

93 Condemnatus suo consensu quantum tempus habeat faciendi defensiones.

94 Tẽpus quod datur condemnatis non põt prorogari ad liquidationẽ cõpẽsationis facẽdã.

95 Cõpromissum in rebus liquidis non admittitur ad compensationis rõnem calculandã.

96 Purgatio moræ debet pperè, & celeriter fieri

97 Oblatio non prodest facta ad litigandum.

99 Mora purgari non potest in obligationibus iuratis.

101 Mora geminata non purgatur.

102 Iusta debet esse causa litigandi, vt a mora excusetur. Decl. nu. 248. & seqq.

103 Compensatio fit pro concurrenti quantitate tantum, & nu. 233.

104 Moræ compensantur habita inæqualitatis ratione.

105 Residuũ est deponendum ad morã tollẽdũ.

106 Rō naturalis sufficit pro allegatione iuris.
107 Interesse currit etiam lite deserta.
108 Illiquidū nō facit solutionis, vel cōpēsatio nis exceptio. Amplia nu. 211. 213. & seqq.
109 Pronunciationem petere debet qui timet actione aliqua conueniri.
110 Vsuræ faciendæ animus non præsumitur in eo, qui mutuus expectat.
111 Creditor temporis lapsu vim patitur.
112 Interesse lucri, quod ex parata emptione quis facere potuit debetur etiam nō mercatori.
113 Lucrum quod ex licitis negotiationibus fieri potuit debetur etiam non mercatori.
114 Interesse lucri a solitis probatur, & communiter contingentibus.
115 Interesse non probatum Iudex arbitrabitur ex coniecturis.
116 Interesse petitum, & in sententia ommissum, non potest post sententiam peti.
120 Interesse debetur ex pacto stante clausula cum expensis, damnis, &c.
121 Interesse quod debetur ex pacto debetur sicut sors, & nil distinguitur a sorte.
122 De Interesse pactio potest etiam in foro cōscientiæ dummodo taxatio non fiat.
123 Interesse taxatio facta in contractu quando sustineatur.
124 Conuentio valet semper de eo quod iure conceditur.
125 Interesse debetur etiam ante moram ex pacto.
126 Nemo tenetur cum suo damno expectare.
127 Requisita ad interesse damni remissiue.
128 Relatio non est habenda ad id de quo non constat sed ad id quod constat.
129 Pecuniam quis habere vnde damnum reparet non præsumitur.
130 Præsumitur illud quod est impossibilis probationis.
131 Probatio aliàs impossibilis iuramento præstatur.
132 Antifactū non deberi ex causa lucratiua.
136 Lucrum quod ex dubio euenit euentu sicut de damno iudicatur.
137 Interesse damni excedere potest sortem, & 155.
138 Præsuppositum vbi cessat corruit dispositio.
139 Non entis, nullæ sunt dispositiones.
142 Dotis fauore est in dubio iudicandum.
144 Causa originalis non proxima attenditur.
146 Compensatio cessat vbi est de numerali solutione conuentum.
147 Compensans non auditur qui legum auxilio renunciauit.
148 Renunciatione cuiuscunque exceptionis promittens attendere dicitur omnis defensio sublata. Ampliatur nu. 149. & 150.
151 Solutio probari debet per eandem probationem, per quam obligatio constat.
152 Compensatio non fit de eo, quod procedit a diuersis personis.
153 Cōpēsatio nō fit ex debitis diuersarū gazarū.
154 Stante statuto quod probatio fiat intra certum tempus, eo elapso, dicitur etiam compēsatio exclusa, & oīs nullitas, & nu. 155.
156 Stante statuto quod veram solutionem requirit non admittitur cōpēsatio, & nu. 158.
157 Determinatio una respiciēs plura determinabilia, oīa cēsetur æqualiter determinare.
162 Incontinenti liquidari posse licet sit iudicis arbitrij, declaratur tamē nu. 163. 172. 173. & 174.
164 Obliuionis tempus quod sit arbitrij iudicis quomodo intelligatur.
165 Processus expediri dēt intra tēp. a iure statutum.
166 Terminus ad probandum, perhemptorius est, & non prorogabilis.
167 Arbitraria sunt quæ ius commune indeterminata relinquit.
168 termini limitati a statuto nec p horā variari posse.
169 Termini iuris communis possunt Iudicis arbitrio variari.
170 Tēpus a statutis expressū cēsetur de forma.
171 Forma nequit in minimo alterari.
172 Prorogandi arbitrium quomodo intelligatur, & nu. 173. & 174.
175 Statuti, quod executio fiat nisi in termino exceptio probetur intellectus, & nu. 177.
176 Statuto pfato stante an in alio iuditio posse eadem exceptio principaliter agendo pponi.
178 Exceptio vbi non est pœnitus statuto exclusa instrumentum est prius exequendum.
179 Instrumentum liquidum exequi debet interim quod de diminutione agitur.
180 In foro mercatorum proceditur de bono, & æquo sola facti veritate inspecta.
181 Compromissum cum potestate iudicandi, prout placuerit, quomodo intelligatur.

182 *Iuramenti, virtus, quoad eius obseruantiã non quoad periurium transit ad heredem.*

183 *Retẽtio nõ admittitur cõtra creditũ iuratũ*

184 *Dos retineri non potest nisi sit retẽtioni hippotecata.*

185 *Statutum recipit a iure communi passiuas interpretationes.*

188 *Dictum Doctoris l. non probatum non esse attendendum.*

189 *Confesso dandam esse maiorem dilationem quomodo intelligatur.*

190 *Ad arbitros non tenemur de re liquida vel guarentigiati instrumenti venire confirmatur nu. 252.*

191 *Cõpmissũ nõ esse faciẽdũ in dubio iudicãdũ*

192 *Fraus p̃sumitur in eo qui non petijt vel nõ probauit in termino, & nu. 202.*

193 *Præsumitur quis talis in alio qualis in uno fuit.*

194 *Iudicium vbi cœptum ibi finiendum.*

195 *Causa insurgant excuset quæ requiruntur, & num. seqq.*

Et quando regula procedat nu. seqq.

200 *Dolus præsumitur quam quod quis sit ex causa falsa ductus.*

201 *Fraus præsumitur in eo, qui non soluit in tempore, vel promissa non seruat, et 202.*

203 *Interesse debitum ex pacto debetur sicut sors, & non distinguitur a sorte.*

204 *Reus a quo plus petitur an possit negare totum varia sunt opiniones.*

205 *Negatiua limitatur in obligationib⁹ iuratis*

206 *Limitatur secundo quando debitor scit ad partem teneri.*

207 *Ignorantia non excusat eum qui de lucro captando agit.*

208 *Limitatur tertio eadem regula in foro conscientia.*

213 *Instrumentum liquidum quod dicatur, & supra nu. 108. & infra nu. 211.*

215 *Limitatur quarto quando dubium est an compensatio competat.*

216 *Mora fit in parte negata licet eam actor non offerat recipere.*

217 *Petens totũ cẽsetur quãlibet petere partem.*

218 *Sententia nulla quando acceptatione non conualidetur, & num. 219.*

220 *Compromissum quod nullum habuit effectum non est allegabile.*

221 *Laudo non secuto partes sunt in pristino.*

222 *Cõpensatio non habet locum corã arbitro.*

223 *Appellatione deserta non cõpetit amplius illud tempus quod datur condemnatis.*

224 *Protestatio nil operatur super determinatis a iure.*

225 *Morã nõ facit q nõ tenet iudiciũ suscipere.*

226 *protestatio conseruat ius non nouũ tribuit.*

227 *Protestatio nil operatur vltra ius quod habet protestans.*

228 *Protestatio nil prodest ad illud ad quod pars non tenetur.*

229 *Protestatio nil releuat post ius alteri q̃situ.*

230 *Protestatio nil p̃dest nõ cõgruo tẽpore facta.*

231 *Protestatio euanescit quàm longum silentium secutum est.*

232 *Impedimentum non vnica instantia p̃bat.*

233 *Protestatio incitatoria ad aliquid nõ plus operatur quam operaretur effectus secutus.*

234 *Actor tenetur suã petitionẽ p̃bare sicq; Reus suam exceptionem qua dicitur actor.*

235 *Compensationem tenetur Reus intra certum tempus probare.*

236 *Actio dicitur finita, & decisa ab instrumento iurato, vel guarentigiato procedens.*

237 *Ad petitorẽ spectat p̃cess⁹ absolutionẽ instare*

238 *Non stare per aliquem quominus sententia fiat, quando dicatur.*

239 *q nõ facit qđ debet frustra sibi deberi credit*

240 *Iudicium redditur in inuitum.*

243 *Merces, seu salariũ quomodo labori nõ dẽat*

244 *Socer impendens in lite generi quando præsumatur donare.*

245 *Arbiter cui sit data potestas de facto, non potest ius quæsitum tollere.*

246 *Quid in tali potestate veniat.*

247 *Dotis priuilegiũ quãdo transeat in hæredẽ.*

252 *Lex christiana postulat, vt inuicem in charitate seruiamus.*

253 *Actus nostri non operantur vltra nostram intentionem.*

254 *Pater ad filium non transmittit quod ipse.*

ARGVMENTVM.

Hoc consilio de vsuris Interesse, & mora plenus habetur tractatus. Ad interesse tolleudum vel moram impediendam qñ cõpensationis

ratio

ratio habeatur.

Ad statutum quod condemnatus nō audiatur nisi certo termino soluat, vel exceptionem probet.

Limitationes aliquæ ad stat. de compromissis fiendis inter coniunctos.

De plus petente quæstiones plures resoluuntur.

De partium iuribus compromisso expirato.

Protestatio quos non afficiat.

CONS. LXII.

Signetur super me lumen vultus tui Domine.

IN causa ista cuiq; iuri videtur consentanea defensio Rei, nullum scilicet interesse deberi, quoniam quicquid
1 accedit ✠ sorti vsura est, c. consuluit vbi gl. & Canonistæ. & in c. salubriter, extra de vsur. l. rogasti. §. si tibi. ff. si cer. pet. Alex. cons. 141. nume. 3. lib. 5. Io. Bap. Plot. cons. 37. num. 7.

2 Quæ vsura est omni iure etiam ciuili prohibita, vt per Alex. d. cons. 141. num. 2. & 3. & latius Rol. à Val. cons. 35. nume. 46. lib. 1. & cons. 55. nu. 11. lib. 2. Cass. ad consue. Burg. Rub. 4. §. 23. nu. 21.

3 Etiam ✠ quod solutioni, vel restitutioni dotis accedat Bar. & Ang. in l. at qui natura §. non tantùm ff. de neg. gest. Idem Bart. in l. in insulam §. vsuras ff. sol. matr. & cons. 128. incip. Franciscus habuit, Abbas in cons. 39. num. 2. Fulg. cons. 201. Domina, & cons. 176. Alex. d. cons. 141. Rol. d. cons. 55. num. 18. relatus per M. Ant. Pereg. cons. 100. nu. 10. Plott. cons. 37. num. 7. & 12. Cumia super.

Quinimò nec si esset ex testamento reli-
4 ctum quid annuum ✠ donec hæres dotē soluat consuluit Anchar. cons. 93. verba testamenti, quem sequuntur Alex. consil. 27. lib. 4. Rol. d. cons. 55. nu. 21. Plott. d. cons. 37. num. 8.

Quod a communi ea ratione procedit nec in
5 vltimis voluntatibus ✠ vsuras constitui posse, Bart. in l. 3. §. fin. ff. de an. leg. Ias. in l. 1. num. 59. C. de sum. trin. & fi. Cath. Soc. Sen. cons. 56. col. 1. lib. 3. Aret. cons. 152. viso themate, Crau. cons. 89. colu. prima.

Quinimò consuluit Anchar. cons. 150. non valere conuentionem, quòd interim donec dos restituatur, soluatur certa quanti-
6 tas ✠ pro interesse mulieris, secutus per Alex. cons. 61. col. pen. & cons. 220. colu. 3. lib. 2. & d. cons. 27. col. fi. lib. 4. Soc. sen. cons. 179. col. 2. lib. 2. & cons. 130. nu. 9. lib. 4. Dec. cons. 39. num. 5. & cons. 116. col. vlt. & cons. 322. col. fi. Plott. d. consil. 37. num. 9.

Qua ratione nec pacisci posse quod vsque ad dotis satisfactionem fructus lucrifaciat ex
7 prædiis in pignus constitutis ✠ consuluit Alex. Rube. cons. 55. Visis punctis, quò-
8 niam paria sunt ✠ de vsura præstanda cōuenire, & quod fructus percepti ex rebus pignoratis non computentur in sortem. Alex. Imo. cons. 31. lib. 6.

9 Et Ideo ✠ nec statutum valere, quod doti moram facientes, vel cuilibet alteri credito interesse soluant, late probat Plott. in repet. l. si quando num. 470. C. de in lit. iur.

Multo minus ergo exigere licebit ei, cui dos
10 per lucrum defertur cùm ✠ non debeantur sorti lucratiuæ. teste Pereg. cons. 71. num. 19. & cons. 100. nu. 34. sicuti è contra neq; antefactum cum vsufructu deberi refert pluries decisum esse Affl. decis. 291.

Hæc tantò magis pugnant contra D. Carolum Actorem fauore Mag. D. Rei, cuius mora nulla constat, cum in eo omnia iura
11 conueniant sine mora nunquam interesse deberi. l. lecta. ff. si cer. pet. l. in hoc, ff. de cond. trit. Ias. in l. quod te. nu. 35. ff. si cer. pet. Crau. cons. 320. num. 2. Plott. consil. 37. num. 4. Pereg. cons. 71. nu. 13. Rota Gen. decis. 86. num. 4. & decis. 139. nu. 4.

& dec. 193. num. 11. Borg. trac. de tut.
num. 237. Mascar. trac. probat. cócl. 934.
nu. 34. Cabal. milleloq. 291. Lud. Palest.
lib. 1. casuum consci. pag. 410.
12 Adeò ✠ vt nec valeat pactum, vt cessan
te mora interesse debeatur Crau. d. consil.
329. num. 2.
Moram autem in eo cessare patet ex respon-
sione ad fundamenta D. Caroli. Et primo
nil ad moram facere, quòd obligatio dotis
diem solutionis habeat, quæ dies cessit,
13 Quia sola ✠ dies moram non inducit, nisi
etiam alia interpellatio sequatur secundú
Castr. in cons. 100. lib. 2. secutus per Ias.
in l. si ex legati causa nu. 7. ff. de ver. obl.
Dec. cons. 2. col. 2. Alij quos Menoch. ad-
dit in add. ad casum 119. de arb. iud. nu.
23. vers. Verùm a prædictis.
Tanto magis cum hic creditor in probatione
deficiat quòd in die termini ad locum de-
14 bitoris diuersi fori accesserit ✠ solutioné
recepturus, de cuius probationis necessita
te, cùm creditor, & debitor sunt fori di-
uersi stat tex. & ibi scribentes in l. item il-
la, ff. de consti. pec. affl. decis. 316. num. 3.
Menoch. cons. 385. nume. 5. & 6. Cabal.
milleloq. 304.
Quod fortius fauore D. Horatij videtur pro-
cedere, qui in factum alterius succedens
15 præsumitur debiti ignarus ✠ Vulg. reg.
qui in alterius, ff. de reg. iur. Quæ ignoran
16 tia ✠ debitorem excusat a mora, vt in spe
cie hæredis scribit Plott. in dict. repet. l. si
quando nu. 182. vers. vndecimo Io. Gæd-
doc. trac. de comm. stipul. cap. 11. concl.
4. num. 78.
Cui minus obstat assertio moræ, qui poterat
compensationis exceptione tueri, quæ
17 compensatio ad cursum interesse ✠ tollé-
dum sine facto hominis ab initio admitti-
tur ipso iure, l. si constat. & fin. C. de com-
pens. Alex. cons. 74. num. 2. lib. 5. Pereg.
cons. 71. num. 28. Rota Gen. decis. 4. nu.
22. Menoch. trac. de arb. iud. casu 220.
num. 48.
18 Etiam † aduersus promissionem iuratam,
cum post obligationem compensatio su-
peruenit, vt pugnantes authoritates con-
ciliádo distinguit Olasc. decis. 92. nu. 34.
19 Quibus ✠ allegatis, nec videtur rei illi-
quidæ replicatio obstare, cùm satis ci-
to potuisse liquidare, vt idem Olasc. in-
quit d. decis. 92. nume. 36. & decis. 129.
num. 15.
In quo, & sufficere videtur, quòd fuerit hoc
20 iudicium suscipere ✠ paratus, & per con-
sequens per ipsum non steterit, quominus
iudicium sequeretur, l. si quis solutioni,
in prin. cum gl. & l. sciendum, ff. de vsur.
& l. 3. §. si quis paratus, ff. quod vi, aut
clam, l. qui sine, ff. de reg. iur. Menoch.
de arb. d. casu. 220. num. 50.
Et satis esse etiam, quòd dari calculatorem
21 petat legitur ✠ apud Vinc. Caroc. trac.
de oblat. quæst. prima num. 15.
Quinimò & simplicem verbalem oblatio-
nem eius quod facta liquidatione restabit,
sufficere Benint. Bonon. decis. 77. num. 7.
Rota Gen. decis. 164. num. 1. 2. & 5.
Imo & sine oblatione aliqua videtur a mora
22 debitor sola actoris ✠ plus petitione defé-
di ex regula tradita per Bart. in l. qui soli-
dum, num. 2. ff. de leg. 2. Plot. cons. 37.
num. 5. vbi de communi.
Vnde cùm debitor non fuerit in mora, sed iu
dicio sistere paratus, quod creditor diffi-
dendo deseruit, Videtur interesse omni-
no petitionem cessare, imò etiam si mora
23 præcessisset dici debet ✠ prima debitoris,
hac creditoris secunda purgari. Alba cós.
729. num. 13. qui dicit ex moris vtriusq;
vltimam attendi.
Sed & si moram concedamus, adhuc quòd ta-
les vsuras D. Carolus nequeat pretendere,
neq; lucri cessantis, neq; damni emergen
tis ratione videntur sequentia probare.
Non lucri cessantis, cùm illud non probaue-
rit, nec quòd negociari sit solitus, nec reli
24 qua præstiterit, quæ ad interesse † lucri
cessantis consequendum iura requirunt,
de quibus per Rol. cons. 35. nume. 11. &
seqq. lib. 1. Burs. cons. 453. num. 37. in 4.
Crau. cons. 320. num. 6. Men. latè in add.
de arbit. iud. ad casum 119. Mascard. trac.
probat. d. concl. 934. num. 1. & seqq.
Nec ratione damni emergentis ex plurium
pariter defectu, quæ sequuntur.
Primo quia debitor in ipso contractu debe-
bat

25 bat de damno ipso, cui ✠ creditor subij-
ciebatur moneri solus de inst. & iure lib.
6. quæst. 1. art. 3. D. Thomas secunda
secundæ, quæst. 78. art. in responsione ad
prim. Burs. cons. 453. num. 36. lib. 4. Al-
ba cons. 610. in fi. & videtur hoc idem uo
luisse Tole. in summa lib. 5. cap. 32. in fi.
26 Secundo quia ✠ nec apparet, quod credi
toris intersit ex causa istius retardatæ solu
tionis, vt per eundem Tole. lib. 5. cap. 28
vers. quartum. sine cuius requisiti proba-
tione facile esset habenti pecuniam in cap
sa vsuras exigere simulato semper interes-
se prætextu, cui pecunia recondita consu
lere potuit ad tradita per Nau. in com-
pend. in verbo interesse, vers. tertia, post
Gaet. & Medin. sum. tol. d. cap. 33. in
prin.
27 Tanto minus ✠ autem vt sortis duplum
excedat, vt petitum est, cum, & quando
debetur non vltra sortem producatur, l. si
non sortem. in prin. ff. de cond. indeb. l.
vsuræ. C. de vsur. Pereg. cons. 71. num. 9.
Quibus omnibus tamen minime obstantibus
certi iuris est in casu isto prædictis verita-
tem aduersari, iusq; & iustitiam pro Acto
re ad interesse soluendum Rei condemna
tionem postulare.
Ab omnibus. n. diuinæ, canonicæ, & ciuilis sa-
pientiæ scriptoribus receptum est, debito-
28 rem post moram teneri ✠ etiam ad vsu-
ras, quatenus creditoris interest, vt per
omnes Summistas in verbo vsura, & per
omnes Canonistas in c. salubriter, & in c.
consuluit extra de vsur. Dec. in c. venera-
bilis num. 14. extra de excep. Alex. cons.
77. num. 12. & cons. 200. col. 1. in 6. Idẽ
Dec. cons. 119. in 2. dub. Crau. cons. 89.
num. 4. Rol. cons. 35. num. 2. lib. 1. Burs.
cons. 413. num. 34. & 36. lib. 4. Alba cõs.
209. num. 21. & cons. 211. nu. 5. & cons.
500. num. 9. & cons. 610. nu. 4. M. Ant.
Pereg. cons. 100. nu. 14. Natta cons. 490.
num. 2. Menoch. cons. 81. num. 59. Plott.
in d. repet. l. si quando num. 467.
29 Hocq; siue creditoris ✠ intersit ratione
damni emergentis Sum. Tol. lib. 5. cap.
32. vers. secundo, Nau. cons. 2. num. 1. &
cons. 7. num. 5. & 6. in fi. de vsur. Summ.
Armil. in verbo vsura num. 10. Sum. An-
ton. tit. 1. cap. 7. §. 19. Lud. Palest. lib. 1.
casuum consci. cap. 56. vers. nec causa.
pag. 284. Alcia. cons. 278. num. 3. lib. 5.
Gratt. cons. 67. nume. 4. lib. 1. Dec. Rol.
Burs. Alba, Alex. Crau. Natta, Plott. & alij
supra proxime citati. Idem Alex. cons.
141. num. 2. lib. 5. Purpu. cons. 117. num.
14. Cassa. ad consuet. Burg. Rub. 4. §. 23.
num. 22. & plur. seqq. Hinc inferunt Do-
ctores, quod si, quia non soluis, recipio
30 pecuniam sub vsuris, licite eas ✠ exigo a
te ego quoque. Natta cons. 490. num.
19. Alba cons. 209. nu. 22. Cass. d. §. 23.
num. 24. Sic etiam fideiussor, qui credito-
ri eas soluit, eas etiam a debitore recipit.
Nau. cons. 7. de vsur. num. 6. Cass. d. nu.
24. sicut, & de scolari legimus qui vsuras
31 iuste exigit, eius ✠ pecuniæ, qua poterat
libros sub vsuris redimere. Natta d. cons.
490. num. 10. Cass. d. §. 23. nume. 23. Et
per plura exempla, etiam in obligatione
dotis circa rationem alimentorum, & qua-
cunque alia obligatione, uel contractu pa
ter Doctoribus allegatis semper interesse
a debitoribus exigere, qui ex mora dam-
num patitur, vel creditoribus suis interes-
se soluit, vel vt redimat, vendit; siue et
intersit ratione lucri cessantis, quod si pe-
32 cuniam habuisset verisimiliter ✠ potuisset
ex ea facere, vt legere est eisdem locis al
legatis, & per Nau. d. cons. 2. nu. 3. cons.
7. num. 5. in fi. & cons. 11. num. 5. & cons.
19. num. 3. & cons. 23. in fi. de vsur. Lud.
Palest. d. cap. 56. vers. nec causa. Sum.
Arm. d. num. 10. Rota Gen. decis. 78. nu.
12. Plott. d. repet. num. 468. Hocq; ex al
legandis in responsionibus ad contraria
latius confirmatur; Vnde cum ex vtriusq;
ratione petitio D. Caroli procedat, vt in-
fra sustinebitur, consequens est D. Hora-
tius ad illud condemnetur.
Quibus contraria non obstant, Et primo q.
quicquid accedit sorti, vsura sit omni iure
prohibita. Quia cum exigentis alterutra
33 ratione non interest, illud procedere ✠ ia
ex prædictis solutio patet, Multo magis
(ne quod sequitur prætermeam) cum eius
sic interest, cui inuito dotis differtur fauo-
rabilior

rabilior solutio, cui etiam matrimonij one
34 ribus sublatis ✠ debet nihilominus illud interesse præstari, vt per Rol. cons. 55. nu. 30. lib. 2. Gram. decis. 103. nu. 92. Crau. cons. 190. sub num. 7. ad fi. Cumia super ritu 93. magnæ cur. Sicil. num. 9.

Ex quibus concidunt quæ mox de annuo legato, testamento, contractu, & statuto vsuras constituente supra subiiciuntur, vti quæ ab eiusdem vsurariæ regulæ conse-
35 quentia ✠ procedunt supra veri interesse distinctione sublata.

Sine mora autem si nullo iure interesse deberi concedamus, non tamen admittimus, eam in D. Horatio cessare, Imò ex multiplici causa ipsius moram, & culpam augeri ostendimus.

Morę enim prima & vna fuit diei lapsus ad solutionem præfixi, quem diem solum, si
36 cut & interpellatio expressa in ✠ mora constituere scribunt Nau. cons. 5. de vsur. num. 6. Mynsing. obs. cent. 3. cap. 95. nu. 2. Rota Gen. decis. 1. nu. 44. & decis. 139. num. 1. & decis. 144. num. 2. & decis. 206. num. 3. Boer. cons. 22. nume. 2. Menoch. trac. de arb. iud. casu 220. num. 44. Plott. in d. repet. l. si quando nu. 455. Cumia super d. Ritu 94 num. 21. vbi in specie dotis, cuius dies cessit Io. Goddæ, in comm. de contr. & comm. stip. cap. 11. concl. 4. num. 76. De qua concl. tex. sunt vulg. in l. magnam C. de contrah. stipul. l. 2. C. de iure emph. l. si fundum certa die ff. de ver. obl. l. hominem. in fi. ff. mand. l. ita quis, §. Seia. de ver. obl. l. si duo in fi. & l. promissor. §. 1. de const. pec. & l. & si post tres, ff. si quis caut. l. traiectitiæ, §. 1. de act. & obl. l. ad diem, de verb. obl. l. vinum, ff. si cer. pet. Bar. in l. ita stipulatus in secunda quæstione, & ibi omnes, ff. de ver. oblig. Ferret. in tract. de mora num. 31. vers. sicut enim. Arnol. Bert. in repet. l. vinum in verbis quanti tunc num. 31. & 32. ff. si cer. pet. Et ibi Alcia. in verbis si dictum esset in prin. Hugo. Donel. in tract. de vsur. cap. de mora fol. 60. vers. quę verò, Quod, & si de
37 bitor diem ignoret ✠ extendit Bart. in d. l. ita stipulatus in 3. quæst. per tex. in c. potuit extra loc. & in d. l. ad diem.

38 Et ideo ex die sola ✠ statim interesse deberi est communiter receptum, vt per Ias. in l. 1. num. 51. C. de sum. trin. & fi. Cath. And. Gheil. lib. 2. obser. 6. num. 2. Rimin. Iun. cons. 67. nu. 19. & 20. lib. 1. Mynsing. obs. cent. 3. cap. 95. nume. 3. per tex. in l. si mora, ff. sol. matr. gl. in l. si duo §. fin. in verbo constituti, ff. de constit. pec. Bar. in l. ita stipulatus. in quæst. prima vers. 3. est videndum de ver. obl. Rota Gen. decis. 78. num. 16. Pereg. cons. 71. num. 15. Etiam in contractu mutui, licet sit stricti
39 ✠ iuris Caball. milleloq. 291. par. prima Arnol. Bert. in repet. l. vinum num. 17. 47. 48. & 52. ff. si cer. pet.

40 Fortius ergo in isto, cuius bonæ fidei est actio, §. fuerat, vbi Ias. instit. de actio l. 1. §. sed & si, C. de te. vx. act. Bart. in l. de diuis. nume. 3. sol. matr. Alex. cons. 172. num. 22. in 6. Pereg. cons. 100. num. 6. Gram. decis. 103. num. 95. In bonæ fidei
Non ob. quòd dicitur num. 4. quia hic non est quæstio periurij, sed vt quod pertinet ad iuramenti obseruantiam, illud impleat, sicut defunctus tenebatur, prout inter defunctum, & hæredem distinguen-
182 tes † declarant iam prioribus nostris allegationibus citati fo. 28. vers. secunda, quibus adde Borgn. decis. 9. numero 11.

Non ob. quòd legitur nu. 5. quia illud retorquetur, cum instrumenti lectura retorquetioni nostræ non argumento suo conueniat, ut supra in 5. & 12. responsione.

Non obstant sequentia sub nu. 6. de iure re
183 tentionis, quæ corruunt † ex tex. in c. debitores de iureiur. vbi nedum compensatio stante iuramento, sed & retentio excluditur, & ideo illa limitationem esse falsam testatur Rom. comm. concl. tit. de iureiur. conc. 7. nu. 3. vbi dicit, quòd Doc. in contrarium allegati non loquuntur de credito iurato, Et hanc etiam risponsionem probat, & defendit Io. Petrus Molig. tract. de reten. nu. 165. Borgn. tract. de tut. nu. 216. & tract. de vsufr. nu. 206. Seraph. de priu. iur. priuil. 74. num. 144. cui risponsioni alia additur, regulam retentionis supponere rem, quæ retinetur
184 esse retinenti † hippothecatam, vt patet decis. 88. Capic. num. 4. & decis. 1. Fran. Milan. nume. 281. & seqq. lib. 1. Molign. d. tract. de reten. numero 90. & hoc non negauit aduersarius partis d. num. 6. At hic nihil est, pro quo parti sint Actoris bona hippotecata.

Quod vero dilatio statuti, sit ad omnem probationem, vt ipse inquit numero 7. Id si admitteremus nil præiudicat, quia neq; quicq̃ in ea dilatione, necp er annos 16. sequutos probauit, sed cum statutum su
185 præscriptas passiuas interpretationes † recipiat per not. in c. dilectus de consuet. & in l. 2. C. de noua. Iaf. in auth. nouissima numero 24. C. de inoff. test. & ex̃ latè traditis per Neuiz. cons. 95. n... 4. & seqq. sequitur vt de habilibus & iuri communi non contrariis intelligatur, & prout sequenti statuto 109. limitatur præcedens.

Non ob. quòd numero 8. ad stat. 109. subiicit per illud compensationem non excludi: Quia replicatio iam patet ex traditis supra in duodecima responsione ex eodemmet Feli. in d. c. suborta. Angelū verò † ostendimus supra veritati, & com-
186 muni aduersari, quatenus de nō liquida senserit, vt ex eiusdem Feli. relatione patet ibi, sed si non liquidum colu. 2. cuius etiam ex aliis nostri casus differentiis nil authoritas aduersatur.

Non obstant auctoritates, quia adducit numero 9. quibus id solum colligitur, quòd omni exceptione simpliciter exclusa nō censeatur reiecta compensatio, Quia hoc iam fuit multifariam sublatum ex responsionibus, quas supra a verbis, clausulis, & renunciationibus instrumenti a requisita reali solutione statuti, a præfixione termini, ab illiquidi replicatione, a dote, a iuramento, & aliunde deduximus, in quibus terminis non agunt Doctores ibi allegati, vt in specie ad aliquos respondens, scribit Alex. in d. consil. 93. & 94. colum. 3. & patet nostra responsio suismet locis oppositis, quarum consilium Gozadini dicit, quod non liquidum
187 debet in alio iuditio † reseruari, Boer. verò consil. 14. dicit non procedere in iurato, vel illiquido, sicque cæteri ex diuersitate suppositorum, & rationum identitatis defectu tolluntur.

Non

Non ob. quod obiicitur nu. 11. quia ex præ-
missis in 13. responsione suprascripta pa-
tet veritas in contrarium, Cum nec in ca-
su iuramenti in contrarium citati loquan-
tur præter Osascum, cuius dictum nō col
ligitur ab auctoritatibus per eum allega-
188 tis, & ita sine † lege loquens, non debet
attendi, maximè contra tot pro negatiua
superius allegatos Gram. Voto 11. num.
12. Bec. cons. 68.

Arbitrium quod sub num. 12. asseritur, quo-
modo procedat iam supra declarauimus
in 15. responsione.

Additio sequens ex confessione condemna-
ti procedit, quando fuit facta in iudicio
per quam solam potuit de credito Acto-
ris constare, nec aliter constabat vt ex ver
189 bis, & mente Abb. & aliorum † elicitur,
& ita declarat Grat. cons. 121. num. 16.
lib. 1. Aliàs id esset de omni instrumento
intelligendum, quo debitor ex suo con-
sensu conuenitur.

Illuditur pariter in additione, quam a peri-
culo interitus deduxit cum nihil execu-
tionem prius cōcedendo Reo periret, qđ
non posset altero iudicio agendo, sicut ex
cipiendo petere, vt supra etiam distinxi
in decimasexta responsione, vbi in termi-
nis statutorū nostrorum ostendi nil Reo
petire, quod non possit executione non
retardata in alio iudicio quærere.

Vnde, & sequens eiusdem oppositionis re-
petitio corruit posita nu. 13. cum hic ean
dem prætensionem ab eodem Iudice, &
ab alio examinari, nil prohibeat, & ita a
sensu saltem contrario quicquid allegat,
potest semper retorqueri.

Quod num. 14. opponitur falsum est in cre
dito iurato, vel guarentigiato, de quo allè
gata ibi non loquuntur, sed bene in eis ve
ritatem in contrarium supra ostendimus
extare fol. 31.

Ad cuius confirmationem addimus Barb.
cons. 53. nu. 7. lib. 3. Cur. iun. cons. 211.
nu. 2. & 3. lib. 3. Rim. sen. cons. 169. nu.
13. lib. 4. Ceph. cons. 480. nu. 11. lib. 4.
Gratt. cons. 33. num. 12. lib. 1. Soc. cons.
300. sub num. 7. lib. 2. Qui affirmant de
190 † re liquida, & eo magis guarentigiati
Instrumenti, vel paratam executionem
habentis non esse ad arbitros, vel sapien-
tis consilium commissionem admitten-
dam.

191 Et posito, quod articulus esset † dubius
qui certus est, adhuc in dubbio pronun-
ciādum esset partes non fuisse in casu ne-
cessariæ commissionis, Ceph. d. cons. 480
nu. 25. post Soc. d. cons. 300. sub num. 8.
lib. 2. Gratt. cons. 33. num. 14. lib. 1. Et
quemadmodum dicta allegata d. num. 9.
& 14. non pertinent ad liqoida, & execu
tiua, minus ad iurata, vt pluries supra pro
baui, eoq; magis tot roborata pactis, clau
sulis renunciationibus, priuilegiis, & statu
tis, sed posito etiam, quòd hæc posterio-
ra cessarent adhuc in suis terminis, suis-
met allegationibus, cōfunditur, quæ frau-
dem supponunt abesse, cum tamen frau-
192 dem † ius præsumat in eo, qui nihil in
termino ꝓbauit, vel petiit opportuno tē-
pore Cur. iun. d. cons. 211. num. 9. & 19.
Lucas de Penna, in l. quemadmodum, C.
de agric. & cens. lib. 11. Gratt. d. cōs. 33.
lib. 1. Tantò magis cum ex suimet asserta
compēsationis petitione appareat, quòd
per non legitimas, salua venia, petitio-
nes nisus fuit liquidam Dotem, & tam e-
xecutiuam intricare, & obligationem, a-
deò guarentigiatam inficiari; Vnde se-
quitur vt quales aliquæ inueniuntur, ta-
193 les reliquæ præsumantur † ad tradita
per omnes in l. si ex falsis, C. de trans. Me-
noch. cons. 1. num. 300. lib. 1. Addita for-
tius diuersione fori, tàm contra iustitiam
facta, prouocando ad aliud forum D. Ca-
rolum in asserta compensatione, seu recō
194 uentione iam Tilij † cepta per proces-
sum exhibitum contra regulam legis, vbi
ceptum, C. de iudic. Soc. cons. 41. num. 7.
lib. 1. Maran. dist. 5. tit. 1. & contra exe-
cutionem, tam paratam, necnon con-
tra statutum, & omnes iuris regulas, vs-
quequo creditorem effecit miseratione
dignum, Ad eadem contraria num. 14.
alia supersunt replicanda, quæ ex respon
sionibus ad superiora, & inferiora colli-
guntur.

guntur.

Non ob. quod ex l. sciendum, & l. si quis so-
lutioni de vsur. cum concordantibus sub-
iicitur, ad quod iam prioribus allegatio-
nibus fol 24. vers. Nec, satisfactum est,
quibus & alia, quæ ad proximam replica
uimus, communiter obstant, cum omnia
ad vnicam Thesim nimia verbositate pro-
fusam reducantur, quod aduersus liqui-
dam petitionem compensatio admitta-
tur incontinenti probanda, quam ideò fa
cere paratus a mora, cum leges excusent,
si modo calumnia absuit, vel fraus. Quæ
omnia cum iterum repetantur num.
Idcirco ex aliis ibi replicatis supplemen-
tum lector inueniet.

Non obstant sequentia ad moræ excusatio-
nem a causa vel iusta, vel probabili, & ēt
iniusta, qua se non debere credebat. Quia
respondetur quod si de causa intelligit, q̃
a cumpensationis exceptione, vel recon-
uentione procedit non est alia responsio
ne opus, cum supra sit probatum, nec ve
ram compēsationis causam obstare, mul-
to minus ergo obstabit compensationis
195 falsa † opinio, sola, l. si quis solutioni ibi
si iustè prouocauit, ff. de vsuris, & ibi glo.
in verbo prouocauit; Si verò intelligit de
196 alia, id pariter nihil est, quia debuit † al-
legari, & probari, si debet excusare, Corn.
cons. 243. nu. 12. li. 1. & cons. 280. nu.
6. lib. 4. Rol. cons. 57. nu. 12. lib. 1. Nec
sufficit causam etiam probare, nisi etiam,
197 quod fuerit ex ea causa ductus, Ang. &
Imo. in l. ex consensu ff. de app. Alex.
cons. 103. nu. 13. lib. 1. Corn. cons. 33. nu.
22. lib. 4. Dec. cons. 452. nu. 11. Rui cōs.
33. num. 3. lib. 4. vide appendicem secun-
198 dam, fol. vltimo, Quæ † etiam, quicquid
dicat Decia. alleg. per partem non suffi-
cit iniusta, cui textus, in specie moræ, &
Doctores aduersantur, vt d. l. si quis so-
lutioni cum gl. & plur. allegatis in primis.
allegationibus meis fol. 625. vers. Respō
detur 3. Accedat quod scribitur. dec. 144
Rot. Luc. ex relatione Camilli Lepidi cau
199 sam iniustam excusare solum vbi † do-
lus est de substantia facti, in quo etiam
potius dolus præsumitur, quàm quòd
200 quis fuerit a falsa causa † ductus, Bar. in
l. inter omnes §. rectè de iur. Corn. d. cōs.
243. num. 12. & cons. 263. num. 6. lib.
4. Rui. d. cons. 33. num. 3. Aret. consil.
80. num. 30. Nec id incerti iuris est, frau-
201 dem, & dolum in eo præsumi, qui † vt
dixi nil probat in termino, & in pluribus
conuincitur, vt supra dixi, vers. Tanto
202 magis; sicuti, & dolus præsumitur †
in eo qui non soluit in tempore, vel pro-
missa non seruat, l. si procuratorem, §. do
lo, & l. dolus, ff. manda. Roma. consi.
332. in 2. dub. Corn. cons. 116. num.
4. lib. 1. Crau. cons. 6. numero 96.
& cons. 75. num. 6. & consil. 100. num.
9. & cons. 192. num. 15. & consil. 572.
num. 3.

Quod si aliter diceremus nunquam D. Ho-
ratius interesse præstaret, vel in mora re-
periretur, quia ei nunquam excusationes
deficerent.

Hoc nobis denuò non prętereundum occur
rit interesse debiti ex pacto, & solius de-
biti ex lege diuersam esse rationem, cum
203 primum debeatur † sicut sors, & a sorte
non destinguatur, imo sors metipsa sit, vt
supra allegationibus primis probauimus,
fol. 29. vers. Tunc, vnde sequitur nil ad
interesse obstare, quod sorti, cui accedit,
non obstat, quoniam eadem est vtriusq;
natura.

Subsequitur dicens vsque ad vers. Igitur q̃
petenti totum, cui pars tantum debetur
in duobus casibus, potest super toto liti-
gari, ne in parte debita committatur mo
ra. Primus, si Actor partem debitam ēt
non oblatam, non protestetur se recipere
paratum. Secundus, si pars altera quoq;
controuersiam patiatur, vt incertum sit
aliquod ei superesse reliquum, repetens,
quòd tunc sufficit petere Calculato-
rem.

Ad hæc omnia iam ex præcedentibus descē
dit multiplex resolutio, sed vt plenius fal-
lacias detegamus sequentia addere nos
non retrahit labor. Et primò negamus an-
tecedens illud, quod petenti totum non

teneatur

teneatur Reus confiteri partem, quod fa-
204 teor maxime controuersum † vt com-
munior vix eliciatur, vt ex Gab. Rom. li.
2. comm. concl. tit. de expensis concl. 2.
sub. num. 5. vbi ad vtranque refert testan
tes de magis communi.

Sed quicquid sit de prædicta conclusione,
præsens casus ab ea ex sequentibus cau-
sis excipitur; Prima quia inest iuramen-
tum, quod excludit, vt prætextu partis
205 falsæ possit † tota petitio negari, ex tra
ditis per eundem Rom. d. concl. 2. nu.
5. Capell. Tholos. quæst. 209. cum add.
qui licet de iuramento decisiuo loquan-
tur, non est ratio differentiæ in promissi-
uo. Et licet de periurio non sit quæstio,
non tamen quoad moram debet, Idem
iuramentum diuerso iure censeri l. ędes,
C. locati. Respondetur 2. eandem con-
clusionem non procedere, vbi ad moram
non requiritur interpellatio, quia cesserit
206 dies quoniam † tunc solius partis debi-
tæ contrahitur mora, Crau. cons. 89. nu.
5. ad fi. Rom. d. concl. 2. num. 9. Tertiò
respondetur eandem conclusionem scien-
tiæ, & ignorantiæ distinctione declarari,
206 † vt non prosit Reo, qui scit partem de-
bere, Ioseph. Lud. decis. 51. nu. 8. The-
sau. decis. 231. sub nu. & est doctrina
Bar. in l. non potest videri per illum rex.
de reg. iuris. Butr. cons. 9. nu. 57. lib. 1. At
hic nulla versatur ignorantia facti ex la-
tè traditis per mè in primis allegationi-
bus fol. 25. vers. non obstat, Iuris autem
ignorantia non excusat, præcipuè con-
207 tra † indemnitatis Actorem l. Iuris, & l.
regula ff. de reg. iur.

Minus conclusio coram Religiosis admitten
208 da, cum nullam † veri negationem con
scientia admittat, Pan. in c. 2. de plus pe-
tit. Sum. Armill. tit. de confessionibus, nu.
11. clarè per Couar. lib. 2. var. resol. ca.
2. nu. 5. vers. verum, vbi quod in conscien
tia tenetur partis agnoscere bonam fidè.
Et hæc tutior est, quæ calumniæ litigan-
tium occurrit: Quarto pro indubitabili
responsione est ad fallaciam animaduer-
tendum, quod duobus modis continge-
re potest, quod reus minus debeat vno
modo quando minus est in dominio, vel
obligatione, & actione instituta, vt in
tex. l. qui solidũ de leg. 2. l. 1. C. de plus
petit. l. in fideicõmissi in prin. ff. de vsur.
menti quarum legum hæret omnis Do-
ctorum Scola dicens, quòd pro parte non
209 cõstituitur † in mora ille, a quò plus pe
titur, quod ego quoque prius dixeram su
pra fol. 6. vers. imò alio modo, quando
diminutio aliqua a debitoris mutua peti-
tione, & obligatione, seu causa diuersa
210 causatur, quia tunc nisi in quantum †
petitor debet ius submouetur ipsius tam
in principali, quàm in mora, & vsuris l. 2.
ff. de compensat. & l. cùm alter. ff. eo. & l.
si constat. C. eo. quod nec illiquidi, seu in-
certitudinis ratio tollit, quæ est non in cre
dito Actoris, sed in compensatione, vel
reconuentione debitoris, l. fi. C. de com-
pens. & per superius probata, quod enim
illiquidi nulla sit mora, & incertitudinis
debiti sit legitima excusatio à Domino
Horatio obstat, cuius petitio liquidatio-
nis, certitudinis, & probationis vitio pec-
cat, quam propterea diximus nil credito
liquido obstare, nec executionem liquidi
impedire, nec illiquidum moram induce-
re, nisi post declarationem illius secutam,
& si aliter diceremus, tota liquidi, & illi-
quidi legalis illuderetur traditio, quæ stat
vnum absoluendum, & aliud in alio iudi-
tio reseruandum, nec liquidum, & exe-
quibile alterius implicitate differri, & me
lioris conditionis esset habens compensa
tionem obscuram, illiquidam, dubiam, &
implicatam, quam certam, & liquidam, si
illa vltra concurrentem liquidationem
subsequendam, moram, & cursum impe-
diret, quòd certa, & clara nequit; Et ideo
cum parte vnius creditum liquet, quod
intrichis, & implicationibus debitoris,
non reddatur dubium, & illiquidum
211 † vltra sæpius repetita superius proba-
tur consilio Barb. 53. num. 7. lib. 3. Cur.
iun. cons. 211. nu. 2. & 3. lib. 3. Rim. sen.
cons. 169. nu. 13. lib. 4. Ceph. cons. 489.
num. 11. lib. 4. Gratt. cons. 33. num. 11.
lib. 1.

lib. 1. Soc. sen. cons. 300. num. 7. lib. 2. Qui
dicunt si creditum in facie contractus est
liquidum quicquid pars excipiat nō esse
212 ad compromissum † consanguineum
cogendum innuentes non dici illiqui-
dum quod certa quantitate patet, quic-
quid superinde Reus contendat; In quo
signandus est aureis litteris Borgn. do-
cis. 35. num. 60. par. secunda dicens,
213 Quod instrumentum est liquidum, †
& exequibile si certum quid contineat,
& si solutionis, compensationis, vel alte-
ra exceptio obiiciatur. Nec prætereun-
da est decisio 118. Rotæ Genuen. num.
3. cuius formalia verba subiicio. Non
ob. quòd in non liquidis mora non com-
mitatur antequàm sit declaratum debi-
tum per Iudicem; Quia illud dictum
proculdubio intelligi debet, quando de-
214 bitum non est liquidum † ex qualita-
te, & natura negotij, secus quando non
est liquidum; quia debitor non vult fa-
teri; & ipse est qui tricas iniicit, & do-
losè versatur, alias quilibet posset ex suo
mendacio, & oppositionibus minus le-
gitimè, & dolosè factis facile negocia
inuoluere; & ita malitijs via pateret,
hactenus Rota. Respondetur quinto,
totam materium oppositam partis, &
totius, quam supra in principio huius
obiectionis ad duo membra reduxi, pro-
cedere, quando dubium esset, quanta
sit compensatio, vel deductio; non an-
215 tem cum dubium est, an aliqua † de-
beatur, cuius non admittitur ignorantiæ
allegatio, per glo. in l. quæ de toto §. 1.
ff. de rei vendicat. cuius distinctioni sunt
iura consentanea, quæ pro regula alle-
gantur in contrarium prout d. l. in fidei-
commissi, & ibi Doct. ff. de vsur. & alij
in d. l. qui solidum vbi pars præsupponi-
tur certa, At hic in secunda dubitatio-
ne versabatur, quòd processus lectura
ostendit, quo patet nil factis calculis ipsi
D. Horatio superesse, quod a dote dedu-
cat.

Sexto, non prætereo, quod si solum de as-
serta compensatione deducimus, quod ip-
sum petiisse penitet, certi reliqui debitor
certus erat, quod vt moram euitaret te-
nebatur offerre, etiam quod creditor non
216 dixerit † se recipere paratum, tex. ex-
pressus in l. si seruus, §. bone, ff. de con-
di. furti, Add. ad Dec. in l. non potest
videri de reg. iur. & no. per Bar. in d. l.
non potest quicquid ipse dixerit in d. l.
qui solidum, quem secutus est, Dec. in
d. l. non potest, quorum dictum lege
non probatur, Imo contrariatur legi,
& videtur de mente glo. in d. l. qui soli-
dum in verbo acceperit, vt enucleando
contraria tradit, Couar. lib. primo var.
resol. cap. 2. sub num. 5. vers. quamo-
brem, Et a combinatione l. qui solidum,
& l. si quis cum totum, ff. de excep. rei
iud. manifesta ostenditur sententia Coua
ruuiæ dum in prima dicitur si desidera-
217 uerit, in secunda quod totum † peten-
do censetur, & pars specialiter petita, vn-
de sequitur, vt sine alia actoris oblationo
in parte debita mora fiat, quam totius
petitione desiderasse dicitur; Finalis ea
est denique responsio, vt de compensa-
tione, & compensandæ quantitatis incer
titudine, & ignorantia intelligamus, quā-
do non sit talis compensationis exceptio
aliunde exclusa, qualem istam supra o-
stendimus a plusquam viginti replicatio-
nibus.

Et ex his satisfactum est contrariis vsque ad
vers. Hoc etiam addendo, vbi parum fide
liter allegat ad moram Bar. & Decium,
quòd mora non transeat in hæredem an-
te pronunciationem cum loquātur in pe-
na, qua conueniuntur hæredes ex facto
defuncti. Et quod mora transeat in hæ-
redem iam supra probauimus pag. 26. in
princip.

Ad id, quod de ignorantia filij scribit succe-
dentis, in factum Patris, iam alibi abundè
satisfecimus.

Iustæ defensionis causæ, quam iterum repe
tir, non respondeo ne priora ego quoque
repetam, sicut nec assertæ petitioni com-
promissi, & arbitrorum, quæ iam in can-
tilenam conuertitur.

Sicut

Sicut etiam, quòd dicitur de pronunciatio-
ne Iudicis, quam ſupra ex Borgn. & aliis
ſcripſimus fuiſſe nullam, vti formæ ſtatu
ti 52. de diametro repugnantem; licet
integrum ſtatutum non vidiſſe ſimulet,
Nec ſententiam omnino nullam conua-
lidat acceptatio, quando nullitas a forma
218 † ſtatutorum 52. 107. & 109. non ſer-
uata procedit, quæ dicitur ſubſtantialis,
vt nec ratificari ſentẽtia poſſit, Bal. in tit.
de pace conſtan. §. ſententiæ nu. 2. verſ.
& eſt ratio reg. quod initio, ff. de reg. iur.
vbi Dec. Niſi eis ſtatutis fuiſſet in ſpecie
219 expreſſa renunciatione derogatum ex
eo quòd conſuluit Rim. ſen. conſ. 169.
nu. 7. in primo vbi quod per ſimplex com
promiſſum non cenſetur nullitati renun-
ciatum. Accedat per ſecunda reſponſio-
ne quod, & ſi compromiſſum factum eſ-
ſet, cum tamen nulla ſecuta ſit acceptа-
tio, neq; arbitrium, neq; aliquis effectus
220 ſecutus, non eſt † allegabile, vt in ter-
minis per eundem Rim. ſen. d. conſ. 169.
nu. 18. & ſeqq. Cotta in verbo compro-
miſſum non dicitur, imò conſuluit, Mo-
nal. conſ. 22. lib. 1. quod laudo non ſecu-
221 to † partes ſunt in priſtino, quo erant an-
te compromiſſum, & ſic nunc nominatio
non præiudicat, quæ fingitur non facta;
Sed & tertio reſpondetur, quòd, etſi ad
arbitrorum iudicium cauſa veniſſet; non
propterea prohibebatur ciſdem iuribus,
pactis, ſtatutis, priuilegiis, vti, quæ ſibi co
ram ordinario competebant ſtatuto in
ciuil. cap. 56. Imo minus coram eo com-
222 penſationis competebat † exceptio ſe-
cundum Iaſ. in l. eſt receptũ ff. de iuriſd.
omn. iud. & cõſequenter illud fruſtra obij
citur, quod nunc deſertum potius parti
obeſt ex ſententia Alex. conſil. 95. num.
5. lib. 4. & conſ. 94. col. 2. verſ. idem ſi
223 vbi, quòd appellatione deſerta † non
competit amplius reo tempus quòd da-
tur condemnatis, Ex quibus ceſſant, quæ
de ipſius D. Horatij interpellatione ad re
petendam petitionem, ſeu litem proſe-
quendam, & proteſtatione, quæ per ipſum
non ſtaret, opponũtur, Quia vltra reſpon
ſiones prioribus allegationibus factas fol.
24. verſ. Nec, hæc alia ad ſatuitatem ſu-
bijcimus. Primo quòd huiuſmodi incita-
toria proteſtatio facta ſuper eo, quod ex
224 pluribus prædictis erat determinatũ, † a
iure nil proteſtanti quæſiuit l. alimenta ff.
de neg. geſt. Bar. in l. non ſolum, §. morte,
nu. 32. ff. de op. no. nunc. Ripa in c. cum
M. Ferarienſis num. 77. extra de conſtit.
M. Ant. Pereg. conſ. 2. num. 23. Deter-
minatum enim diximus ipſum non de-
buiſſe contra petitionem Actoris, præci-
puè poſt tempus, audiri, nec inſtrumenti
executionem pretenſionũ debitoris præ-
textu retardari, nec iudicium compenſa-
tionis non facta executione ſuſcipien-
225 dum, & ideo, nec eum † incitatio affe-
cit l. non videtur, ff. de iud. Ius enim tan-
tum, quod habet proteſtatio conſeruat,
226 non autem † nouum tribuit. Dec. conſ.
227 516. nu. 19. Et ideo vltra ius, quod †
habet nil facit l. ſi maior 13. C. de rei ven
228 dic. ſicuti, & cum ſit ad illud † ad quod
alter non tenetur, Add. ad Bar. in l. ſi ſo-
luturus, ff. de ſol. poſt Alex. conſ. 7. lib. 2.
229 vel poſt ius † parti quæſitum, l. fin. ff. de
pact. Maran. lud. 8. diſt. 6. tit. an ſit iud.
230 conu. num. 55. ſicque non † facta con-
gruo tempore l. mora, ff. de vſur. Bar. d.
d. ſi ſoluturus num. 2. Oſaſ. deciſ. 135.
231 num. 10. Et qua † non obſtante dein-
de ſilentio, eo magis longo quieuit d. l.
mora, Ioſeph. Lud. decis. Perul. 51. num.
10. Caball. Mill. iuris cap. 327. faciunt
232 ſcripta de vnica † inſtantia, vel proteſta
tione per Oſaſc. deciſ. 12. per totam, Se-
cundo præterea non potuit illa interpella
tio, ſeu proteſtatio ad iudicium proſequẽ
233 dum, plus † operari ipſo iudicio ſi fuiſ-
ſet abſolutum, Pet. Rau. ſing. 505. Bar.
in l. facta 63. §. ſi ſub ff. de treb. At iudi-
cio ipſo nil poterat contra docis executio
nem quicquam quouis prætextu obtinere
ex tot allegatis hucuſq; ergo minus ſo
la prouocatione ad illud, tanto minus cũ
cum ipſe eſſet in exceptione, ſeu compen
ſatione, vel reconuentione: Actor, qui
234 intentionem ſuam † tenebatur probare

l. 1.

Appendicium prima &c.

PRæterita ibi fuit replicatio ad partis re-
sponsionem, quod tale dotis priuilegiũ
non transeat ad hæredes ex Bal. nou. trac.
de priu. dot. pat. vltima, qui si æquo ani-
mo perpendatur in 21. quæst. si priuile-
gium cæpit in vita defuncti competere
247 per petitionem dotis ✠ præcipuè iam fa
ctam, vult illud transire ad hæredes quod
idem firmat pro constanti Borgn. tract.
de tut. num. 220. contra Papien. In cuius
lucri euentu seruanda est æqualitas inter
eos auth. æqualitas C. de do. prom.

Appendix secunda.

TRia adde ad limitationem eiusdem re-
gulæ, quod causa iusta excuset a mo-
248 ra, vnum quod non procedat cum ✠
debitum est liquidum inquit Burs. consil.
9. nu. 58. lib. 1.
Aliud quod in specie regula fallat in interu-
249 surijs ✠ dotis, a quibus iusta causa nemi
nem excusat Burs. d. cons. 9. num. 58.
Natt. cons. 495. num. 2. Tertium quod
in his quæ veniunt ex pacto, nulla etiam
250 iustæ causæ habeatur ratio ✠ Burs. cons.
184. num. 26. lib. 2. Aliud occurrit silen-
tio non relinquendum, quod cum liorum
interesse sit etiam ratio, fructus legitimæ;
cuius dos precium est vt supra scripsi fol.
251 14. vers. octaua, ab eis nulla ✠ contra
moram allegatio excusat. Mago. decis.
Luc. 143. sub num. 17. Gozad. cons. 55.
num. 11.

Appendix tertia.

HAEc, quæ magis caritati, quam lucro
seruit iuris ciuilis interpretatio, Chri-
stianæ etiam magis respondet institu
tioni, vt per charitatem inuicem seruia-
252 mus ✠ Apost. ad Gal. 5. Et ideò nullius
argentum ex labore Paulus concupiuit
253 Act. Apost. 20. Nec actus nostri ✠ præ-
ter intentionem operantur l. si quis nec
causam, ff. si cert. pet. Nec ad filium pater
254 transmittit, quod ipse ✠ noluisse præsu-
mitur, Fran. Veg. cons. 56. num. 28.

Saluatoris nostri nomine inuocato, &c.

EX omnibus supra deductis, Dico,
& consulo prædictum D. Carolum
Quadrium iustam causam fouere,
& secundum Ius Diuinum, & hu-
manum petitæ doti interesse deberi a ter
minis solutioni in instrumento constitu-
tis citra, asserto compensationis prætex-
tu non obstante quam eò magis illiquidã,
& dotis causa, & iuramenti religio, & cõ-
demnationis auctoritas, & instrumenti
guarentigiati virtus, eiusq; verborum pro
prietas, pacta, renunciationes, mora, &
statuta penitus excludunt; Adeò ne da-
ri possit vnius tantum Doctoris contradi-
ctio qui supposito tot rationum concursu
ausus fuerit secus sentire; Meus inquam
de mortuis sensus est, quos non præoccu
pauit sollicitudo partis. In quorum fi-
dem, &c.

S V M M A R I V M.

1 *Causa finalis ex præfatione colligitur.*
2 *Contractus vnus ab altero præcedenti de-
claratur.*
3 *Donatio vna præsumptionem recipit ab al-
tera.*
4 *Ratio dispositionis ad eius declarationem
quomodo cognoscatur.*
5 *Consanguineus turpiter recipit pecuniam
pro matrimonio consanguineæ, & in eum
datur repetitio. & 9.*
6 *Consanguineorum in puellis maritandis
consensus ex quadam publicæ honestatis
ratione quærendus.*
7 *Turpiter recipit pecuniam, qui gratis face-
re tenetur.*
8 *Turpius verò consanguineus qui pecunia
recepta puellam tradit impari marito.*
10 *Obligatio promissio, confessio, & renuntia-
tio facta sine causa nullum producit effe-
ctum. & 11.*
12 *Causam nullam vel esse inhabile parta fuit.*

13 *Promissio*

13 *Promissio sine causa quando pro donatione sustineatur. & seqq.*

15 *Donationis præsumptio cessat vbi alia coniectura capi potest. amp.nu.16.& 17.*

18 *Donationis præsumptio cessat vbicunque causa etiam inhabilis exprimitur.*

19 *Prodigalitas non donatio dicitur cum donandi nulla causa excogitari potest.*

20 *Promissio de donando, vel renunciãdo inefficax est.*

21 *Insinuationis defectus impedit naturalem obligationem.*

22 *Ratio statuti solemnitates in donatione requirentis traditur.*

23 *Statutum donationes sine solemnitatibus annullans in omni gratuita, seu liberali dispositione donationis liberationis renunciationis, & pacti de non petendo locum habet.*

24 *Turpitudo maior est recipientis pecuniam pro matrimonio puellæ crediti alicuius simulato prætextu.*

ARGVMENTVM.

Agitur in hoc Consilio de recipientibus pecuniã pro matrimonijs consanguinearum puellarum.

De obligationibus, seu promissionibus, & renunciationibus sine causa, ac etiam cum causa turpi vel inhabili.

De donationibus aliqua singularia leguntur.

CONS. LXIII.

In Christi nomine, Amen.

Titius matrimonij cum Liuia anxius, binas promissiones eisdem hora, loco, Notario, & testibus præsentibus fecit, duabus scripturis expressas Sempronio ipsius Liuiæ auunculo, vnam scutorum centum ipsius Liuiæ nomine receptam, vt matrimoniũ sequatur: Alteram ipsi Sempronio scutorum 56. per priuatam scripturam, cuius tenor hic est.

1601. in Lunedì alli 13. de Luglio sia manifesto a qualonque persona che leggerà il presente scritto, qualmente essendo fatta promessa, e cautione da Titio a Sempronio, che seguendo matrimonio tra esso Titio, & Liuia nepote da parte di madre d'esso Sempronio, esso Titio debba, fatto il mattimonio, & accio segua, farla cauta per certa somma, come ampiamente pare per contratto rogato da me Nodaro intrascritto, al qual s'habbia debita relatione doppo esso contratto, se sono conuenuti esso Sempronio per vna parte; & detto Titio per l'altra, ch'essendo detto Sempronio debitore de Liuia ogni anno dell'interesse del capitale de lire 2600. sol. imp. come per rog. di M. Bartholomeo Mall. l'anno presente il giorno che in esso si contiene, al qual s'habbia relatione, se sono dico conuenuti, che seguendo detto matrimonio, & per conseguente essendo allhora esso M. Titio vsufruttuario del detto interesse come perueniente da' beni di Liuia, debba lasciar, come ex nunc lassa, & cede detto interesse al detto Sempronio presente, &c. per anni duoi, quali habbiano d'auenire doppo S. Martino prossimo che viene, & questo perche se sono conuenuti così, Nella qual promessa esso Tirio ha promesso, & promette sotto obligo de suoi beni presenti, &c. d'attendere, &c. & di far star tacita e contenta ogni persona, &c. in pena d'ogni spesa d'anni, &c.

Nunc ipsi iugales ficta annorum quatuor cũ caducitate petentes ipsi Sempronio scriptulum producenti, de ipsius inualiditate dolo, & causa turpi replicant: Queritur quid iuris.

Et decisiuè procedens, quoniam paucis est veritas contenta, Dico illud scriptulum, seù renunciationem, nullam, & consequenter ea non obstante libellum affirmãdum, Siuè scriptulum dicamus causam habere, Siuè nullam, quoniam si causa, adest

adest sola illa est matrimonij futuri cum Nepte, quòd ex pluribus his probatum. Primo quia de matrimonio expectato solū
1 in præfatione verba fiunt, ex qua ✠ præfatione causa descendit, alia præcipuè nō expressa, Alba cons. 198. num. 29.
Secundò, quia immediatè, & contextualiter altera præcedit promissio Neptis nomine, vt matrimonium contrahat, facta ei-
2 dem, quòd ad eandem ✠ causam præsumendam, itaut non nisi eadem causa vtrique inseruiat, attendendum esse scribit, Dec. cons. 190. num. 3. vers. octauo &c. Alc. cons. 2. num. 17. lib. 1. Alba cons. 207. nu. 23. & cons. 539. nu. 7. Borgn. decis. 1. nn. 82. lib. 2. Ad quod facit quod idem Alba tradit cons. 241. nu. 21. vnam
3 donationem ✠ ab alia præsumptionem recipere.
4 Tertiò patet hoc manifestè ex eo ✠ quod idem Alba scribit in cons. 198. nu. 56. his verbis, Vbicunque dispositio non habet causam expressam, debemus considerare naturalem rationem, quæ potuit mouere disponentem, & si illa est vnica, & indubitata, qua alia ratio non potest naturaliter coniecturari, tunc debemus ad limites illius rationis dispositionem interpretari, allegat Abb. in cōs. 55. in causa col. 2. vers. vlterius probatur lib. 2. At nulla alia causa quam matrimonij indagari potest, ergo illud dumtaxat stare pro causa censendum est, Multo magis cum fuerit in vtroque expressa vt supra dixi.
Causam verò istam in consanguineo, eò magis Auunculo, adeò esse turpem, vt non
5 solum promissionis, sed etiam soluti ✠ repetitio competat, consuluit Natta in cōs. 76. lib. 1. Qui num. 5. dicit tale matrimonium rectius dici mercimonium & recipientem improbè facere, subdens nu. 6. quod licet consanguineorum consensus non sit de substantia matrimonij l. in co-
6 pulandis C. de nup. Tamen ✠ eorum cōsilium exquiritur secundum quandam iustitiam publicæ honestatis l. viduæ vbi Bal. & in l. coniunctione C. eo. Quod consilium, inquit Natta, tantum abest vt venale esse debeat, quod imò si suspectum sit, ob proprium commodum consulentis, caueri debeat per d. l. viduæ in fi. Idē consuluit Anchar. in cons. 175. præmittendum est, vbi in prin. hæc verba legun tur: præmittendum est quod cura, & sollicitudo collocandi hanc puellam in matrimonio pertinebat ad illum tamquam coniunctum qui recepit inde pecuniam, vt l. in copulandis C. de nupt. & cum ad hæc, inquit Anchar. teneretur ex debito charitatis gratis agere recipiendo exinde
7 pecuniam videtur turpiter accepisse ✠ Capic. decis. 95. nu. 2. vbi facit regulam, illum turpiter recipere pro eo ad quod gratis tenetur secundum gl. singu. in l. 4. §. pen. in gl. repeti. ff. de cond. ob tur. cau. Nattā, & Ancharanum sequitur Neuiz. cons. 47. nu. 1. post Barb. in c. raynutius col. 25. de testa. Vinc. Cinga. de bello italico art. 142. col. 2. & ante omnes, contra tales consanguineos insurgit Cy. in l. si pater C. de spons. vbi Bal. in 3. notab. dicit nota consanguineos in maritandis puellis sæpe corrumpi.
Hæc Auunculum istum magis incusant, qui Neptem familiæ Parauicinæ nobilem, admirandæ pulcritudinis formosam, quingentorum aureorum diuitem, forensi nupsit nihil penitus stabile possidenti, seni, & qui in domo aliena famulabatur, quòd
8 quàm eo magis execrandum ✠ legitur apud omnes in d. l. si pater, & Anch. d. cons. 175. num. 3. qui licet velit in casu suo pecuniam pauperibus erogari contra
9 rium tamen probat, ✠ Natta d. cons. 76. num. 4. 7. & seqq. & magis expressè in cons. seq. num. 2. & seqq. vbi respondet Anchar. quod loquitur in foro conscientiæ, & etiam sub dubio, & etiam loquitur de nupta digno, & de consanguineo qui plura beneficia, & seruitia allegabat, fecisse in negotiis puellę; Quod secus est in hoc Auunculo, qui Neptem diù penes se tenuit famulam, ipsiusq; fructus, & ficta sua fecit, nullisq; rationibus Nepti redditis, ab ea administrationis confusam liberationem, & pro ff. 700. venditionem in operum, & seruitiorum, & expensarum confuso generali sermone expressarum

causam

causam recepit; Imò, & omnium bonorum suorum venditionem pretio maiorē voluit habere, Ita vt quoad potuit vtrunque expilare nisus sit, Neptem deinde vili Titio tradit, sic credens facta ipsius perpetuo silentio commendari, quòd equidē dolendum est sollicitioribus latuisse temporibus.

Sed posito etiam quod nullam causam scriptulum suprascriptæ promissionis, vel renunciationis habeat, adhuc idem est nihil ominus respondendum, contractum ip-
10 sius scriptuli esse nullum, nec illius ✠ pecuniæ auunculo retentionem, seu exceptionem concedendum l. 2. §. circa, ff. de doli excep l. si ita stipu. esset, ff. de fidei. l. cùm de indebito ff. de prob. c. si cautio ex de fi. instr. gl. in l. generaliter in verbo
11 casum C. de non nu. pec. Quæ iura ✠ ad omnem obligationem, promissionem, cessionem, renunciationem, confessionem, & omnem contractum allegant Doctores, quorum aliqui subiiciuntur, Imo, in l. 2. num. 3. vers. tertio limitat, & num. 4. ff. qui app. non li. Bal. in l. nec apud C. de hæred. instit. Alex. cons. 4. num. 18. lib. 1. Castr. cons. 169. lib. 2. Alcia. cons. 9. num. 14. lib. 8. Alba cons. 198. nu. 55. & cons. 251. num. 31. & cons. 294. nu. 7. & cons. 742. num. 1. & num. 9. Bero. cons. 64 nu. 1. lib. 1. Ceph. cons. 220. num. 27. & cons. 309. num. 32. Surd. cons. 431. num. 29. & decis. 260. num. 2. Alex. Raud. decis. 7. num. 62. Rota Gen. decis. 171. nume. 1. Cass. ad consue. Burg. Rub. 11. in tex. cōtra le princ. num. 16. Fran. Milan. decis. 10. num. 1. & 5. lib. 2.

12 Hæc enim ✠ a pari procedunt nullam subesse causam, vel subesse inhabilem, l. 1. §. & quidem ff. quod cuiusq; vni. no. Gram. cons. ciu. 81. num. 13. Viu. decis. 34. num. 22. lib. 2.

Nec prædictis obstat si dicatur ex promissio
13 ne sine causa donationem ✠ saltem præsumptam induci, l. campanus, ff. de op. li. l. si cū aurū ff. de solut. l. damus, ff. de cōd. indeb. & l. cuius per errorem de reg. iur. Gui. Pa. cons. 239. num. 2. Alba cons. 12. num. 7. Bero. cons. 37. num. 19. lib. 1. & cons. 55. num. 1. & cons. 56. nu. 7. lib. eo.
14 Quia hoc multiplici ✠ responsione destruimus, prima quod id procedit cum de animo donandi euidenti probatione aliūde constat, quam per ipsam scripturam, quæ in dubio per errorem, & ignorantiā facta potius præsumitur sic respondet, & communi Doctorum sententia probat Alex. cons. 13. num. 2. & 3. lib. 1. subdens Bartolum contrarium tenentem communiter reprobari Viu. decis. 218. li. 2. Maximè cum Actores agant de damno euitando Bero. cons. 56. num. 24. Multoq;
15 magis cessat ✠ præsumptio donationis vbicunque etiam alia coniectura capi potest, Gozad. cons. 94. num. 28. Alc. cons. 17. num. 23. lib. 1. & cons. 6. num. 20. lib. 6. & cons. 10. num. 13. lib. 8. Alba cons. 461. num. 16. & cons. 560. num. 29. & cons. 782. num. 5. & 10. Ossa. decis. 132. num. 14. Mago. decis. 65. Floren. nu. 46. Maximè in persona nullo sanguinis, imò nec singularis amicitiæ, vinculo iuncta, paupere, & forensi, quæ eo magis ex alia causa, quàm meræ liberalitatis præsumi-
16 tur ad ✠ promittendum inducta, ad tradita per gl. in l. 2. & ibidem Bal. C. de donat. ante nupt. At ideo hic coniectura alia
17 capitur supra probata † vt suæ neptis eua deret maritus gl. sing. in d. l. 2. in verbo vxorē in fine C. de donat. ante nupt. vbi etiam loquitur in fortiori casu, quo verbo donationis promittens vsus erat: Multò magis vero, cum illa sola causa matrimonij futuri exprimatur, quæ causæ expressio eò magis facit omnino donationem
18 ✠ cessare Oldr. cons. 139. num. 14. Viu. decis. 453. num 8. lib. 3. etiam quod causa sit inhabilis & inualida legitur inter cons. matr. cons. 28. nu. 4. vers. nec videtur lib. 2. vt diximus supra.

Respondet secundo quod cum nulla ad donandum causa disponens possit excogitari, donatio tunc dicitur sapere prodigali-
19 tatem ✠ & ideo esse rescindēdam Corn. cons. 11. col. pen. num. 23. lib. 3. & cons. 124. lib. eo. Alba. cons. 87. nu. 57. Crau. cons. 192. num. 1. in fi. Menoch. cons. 80. num. 71. in fi. maximè cum inspecta persona

ſona donante agatur de magna ſumma.

Tertio reſpondetur verius dici pactum dumtaxat de renunciando, ſeu cedendo, vel donando, quod inefficax eſt, vt renuntia-
20 tione ✠ ceſſione, vel donatione non ſecuta reuocari poſſit, vt conſuluit Menoch. cõſ. 1. num. 230. lib. 1. Allegat Rube. cõſ. 29. nu. 2. Galiaul. in rub. de verb. obl. nu. 114. & 115. Tiraq. de retrac. conuent. ad fi. nu. 48. Rom. conſ. 86. col. 2. Dec. conſ. 502. in fi.

Tollitur quarto ex deffectu inſinuationis requiſitæ a ſtat. noſtro cap. 171. & etiam 72. verſ. aggiongendo, cuius ſolemnita-
21 tis ✠ deffectus adeò donationem vitiat, vt nec naturalis obligatio pducatur Gui. Pa. conſ. 238. num. 1. Beru. conſ. 56. nu. 4. lib. 1.

Quod fortius a ratione ſtatuti tota hic militã-
22 te corroboratur. Ea. n. hæc eſt, vt ✠ donans maiori deliberatione agat, mentis oſtendat perſeuerantiam deceptionis tollatur ſuſpicio, falſis occurratur probationibus, & deniq; quia Reipublicæ intereſt ne quis re ſua male vtatur, Mago. deciſ. Floren. 65. num. 45. poſt Due. reg. 224.

Et ideo illud ſtatutum in omni liberali diſpo-
23 ſitione ✠ procedere donationis, liberationis, renunciationis, ceſſionis, & pacti de nõ petendo dummodo creditum ſit liquidum, ſcribit Alba poſt Bar. & Alex. conſ. 198. nu. 19. Calc. conſ. 25. nu. 22. Gab. Ro. comm. concl. lib. tit. de donat. cap. 1. nu. 19. 41. 42. & ſeq. etiam quod ſit iuris futuri, vt idem Rom. firmat d. c. 1. nu. 18. poſt Bar. Iaſ. Dec. Purp. & Cagn. vbi etiam de communi.

Prædictis fortaſſe accedet, quòd dolo etiam aliter conſtabit inductum cum ad id audiuerim aſſerto prætextu quod eſſet creditor Neptis ex cauſis ante publico inſtrumento ſolutis, fuiſſe requiſitum, quòd ad
24 caſum aggrauandum conſiderauit ✠ etiã Natta in d. conſ. 76. num. 6.

Vnde ex prædictis concludo dictum ſcriptulum, ex ſingula allegata ratione, penitus nullum, eoq; non obſtante libellum Actorum eſſe affirmãdum ſaluo ſaniori cõſilio.

Ego Io. Franciſcus Schenardus cenſuræ vtriuſq; Doctor.

S V M M A R I V M.

1 *Præſumitur ſemper illud minus in dubio, quod excluditur maius delictum, & quod facit crimen eſſe minus.*

2 *Contractus in dubio de eo quod minimum eſt interpretatur, vt quam poſſibile ſit promittens videatur minus obligari.*

3 *Interpretatio benignior fieri debet in criminalibus.*

4 *Statutum de vulnere vel ſanguinis effuſione loquens non intelligitur de vulnuſculo, vel modica ſanguinis effuſione.*

5 *Parum, & nihil æquiparantur.*

6 *Statutum loquens de comburente domum non habet locum in comburente domunculam.*

7 *Statutum de tondente monetam non intelligi minimam.*

8 *Statutum de vulnere non intelligi de eo, quod factum eſt Inſtrumento ad vulnerandum non ordinatè.*

9 *Iuramento eius cõtra quem ſtat præſumptio iuris non creditur.*

10 *Fallit ſi aliqua veriſimilitudo concurrat.*

11 *Iuramento purgationis quando probetur defenſio Rei.*

ARGVMENTVM

Interpretantur ſtatuta plura, & præcipuè illud Valliſtellinæ, quod ſanguinem effundens poſt frid. acclamatum capite puniatur.

CONS. LXIV.

Vtinam dirigantur viæ meæ ad cuſtodiendas iuſtificationes tuas.

PAucis perſtringo D. Hortenſij defenſionem, quæ in paucis verbis conſiſtit. Et primo quantũ ad pœnam corporalem excludendam, cæteris etiã præſuppoſitis habilibus de quibus aduerſus pœnam pecuniariam

 agam,

agam, Dico quòd cum ex processu non habeamus quale fuerit vulnus lapidis ictu illatum, an magnum, an paruum, an minimum, & quantus effluxerit sanguis an multum, an parum. Quod minimum est sequimur, Idq; præsumendum est, per quod maius delictum excluditur l. semper in obscuris de reg. iur. Doc. in l. merito. ff. pro soc. Alcia. de præsump. reg. 3. Raud. cons. 50. num. 271. lib. 1. Mascar. tract. prob. concl. 864. num. 30. & concl. 1167. Gram. decis. 18. nu. 5. Bertaz. cons. 40. nu. 10. lib. 1. Bec. cõs. 44. nu. 4. & seqq. Gab. Rom. comm. concl. lib. 7. concl. 2. num. 1. Quod, & in contractibus procedit, l. semper in stipulationibus. ff. de reg. iur. Ergo multò magis in criminalibus, in
3 quibus benignior fit interpretatio ✠ vt per Doct. & Cagn. in l. semper in dubiis ff. eo. Tanto magis cum & hæc iuris præsumptio in præsenti casu fortior reddatur vbi nullum chirurgum adhibuit, solo tabachi farmaco contentus.

Statutum vero de vulnere, vel sanguine disponens, quòd de vulnusculo, vel pauco
4 sanguine non intelligatur ✠ sed de magna effusione scribit Affl. super const. Regni incip. si quis aliquem num. 18. Andr. Iser. in const. manus amputetur in fi. relati per Io. Vinc. de Anna in constit. si quis aliquem nu. 74. & 82. argumento l. sed si vir. §. si vir. de don. inter vi. & vx. & l. si certus percussor & ff. ad Sill. Ratio quia
5 parum ✠ & nihil æquiparantur l. scio, ff. de rest. in integ. c. de appellationibus ex. de app. las. latè in l. si quis ante ff. de acq. poss. Hinc est quod statutum loquens de
6 comburente domum non habet ✠ locũ in comburente domunculam l. Senatus, §. marcellus, de leg. 1. vbi no. Alex. Io. Vinc. vbi supra num. 46. Sicq; statutum imponens pœnam capitalem tondenti monetã
7 non habere locum in tondente ✠ minimã consuluit Alex. cons. 104. in fi. li. 1. Boss. tit. de fal. mon. nu. 4. Menoch. de arb. iud. casu 316. nu. 33. & 41.

Quintimo q. minus locum habeat statutũ de percussione in ea quæ facta est per lapidẽ
8 Docet Gram. voto 15. nu. 9.

Vnde ex prædictis concludendum est, etiam quod percussisset post frid auditum, corporalem pœnam cessare.

Sed nullum audiuisse, & consequenter etiam a pecuniaria esse absoluendum hac ratio ne ostendimus.

Licet statutũ ex potentia audiendi, auditum p̃sumat volens propterea data sola audiẽdi possibilitate, percussorem esse de ipsius fractione puniendum, ita vt cum Reo obstet hæc p̃sumptio statuti, non sit de igno-
9 rantia, ipsius iuramẽto standũ ✠ sñ cõem regulã de qua p Petrũ de Beaint. Bonon. decis. 69. & per Gozad. cons. 68. post nu. 14. Tñ si cũ iuramento Rei q. ei frid non innotuerit, aliqua cõcurrat verisimilitudo tunc minimè est ipsi Reo per iuramẽtum
10 deneganda nescientiæ, pbatio vt p Rom. cõs. 59. Seraph. de priuil. iur. pri. 14. nu. 6. Hic aũt verisimilitudo liquet ex strepitu magno, qui fiebat in via, & eo magis in domio; vt pluriũ testiũ dicto probatur qui de magno strepitu, & rumore intra, & extra deposuerũt, itaq. vt vditet D. Franciscus, & aliis necesse fuerit domũ ipsã ingrediẽdo ad ipsũ pprius accedere, a quibus monitus nequaquam illud audiuisse asseruit.

Quapropter dẽt per vos Mag. D. Vicar. pronunciari ad eius absolutionẽ, solo iuramẽ-
11 to purgationem ✠ sufficere iuxta doctrinam glo. in l. 1. verbo non occidendi ad l. corn. de sicc. Raud. cons. 50. nu. 98. Et ita consulo.

Io. Franciscus Schenardus.

SVMMARIVM.

1 *Transactionis virtus vis, & plures effectus.* 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8.

9 *Transactionis ad validitatem debetlis in iudicio, vel extra fubesse, quæ est transactionis causa sufficiẽs. & nu. 10. Decl. nu. 12.*

11 *Trãsactio dẽt esse de re dubia alias nõ valet.*

13 *Ratificatio potest fieri vsq; quo etiam contractus posset fieri de nouo.*

14 *Calumnia non sufficit præsumpta ad transactionem infringendam.*

15 *Ratificatio p̃sumitur ex diuturnitate tẽporis*

16 *Fortius iuncta continua possessione fecundum contractum.*

17 *Ratificationem de actu vtili facilè presumi.*

18 *Pra-*

18 Præsumi in dubio pro transactione.
19 Iuramentũ firmat contractũ inualidum siuè ætatis, siuè decreti, siue insinuationis deffectu vel alio. Ampl. in transactione nisi statutum obstet nu. 20.
21 Calumnia reddit transactionẽ imperfectã.
22 Exclusus ab hæreditate non potest impugnare factum defuncti.
23 De eadem re posse eodẽ contextu per plures cõtractus ad eundẽ finẽ ordinatos disponi.
24 Geminata transactio calumniæ exceptionem non admittit. & num. 26.
25 Geminatio cõfirmat cõtractũ alias inualidũ.
27 Approbatio contractus inducitur aliquo contractus executiuo actu.
28 Sententia debet esse de cõprehensis in libello.

ARGVMENTVM

De virtute, vi, effectu, & efficatia transactionis.

De vi geminationis ad confirmationem contractus inualidi.

Transactio quæ ad validitatem requirat, & quando calumniæ exceptione deficiat.

CONS. LXV.

Adsit mihi qui est via, veritas, & vita.

